semel tantum sibi dandas. Item legavit Marie miser et liberos fecit omnes et singulos utriusque sexus factores
et homines de m[illegible]sengha cum omnibus tam stabilibus quam mobilibus suis. Item legavit Zacharie dicto Negro de budrio
tres marchas solidorum semel tantum sibi dandas. Item legavit fraternitati sancte Marie de burgo pontis Cunffaullf
marcha una solidorum semel tantum. Item legavit fraternitati sancti petri martiris noviter institute in ecclesia sancti
dominici, Marcha media solidorum semel tantum. Item legavit Gemaglo guroni, pro auxilio maritandi filias suas,
marchas viginti solidorum sibi dandas quando dicte filie sue erunt nubiles et maritabuntur semel tantum. Item legavit
predicto Gemaglo duos suos cofinos qui sunt in stupa domus ubi habitat cum omnibus hiis que reperientur in dictis cofinis
tempore mortis ipsius testatoris. Item legavit lucie ancille sue starea frumenti decem et congia vini duo semel
tantum sibi danda et marchas solidorum duas semel tantum et unum cofinum qui est in camino inferiori ipsius
domus ubi habitat cum certo panno de Stoppa qui intus reperitur, et unum lectum fulcitum de illis quos habet in domo
cum fulzimentisque que sunt in domo et unam capsam de Nuce parva. Item legavit Johanni suo famulo Marcha una
solidorum semel tantum. Item iussit mandavit et ordinavit ac expresse prohibuit, quod infrascripti sui heredes et eorum
successores, nunquam possint nec valeant aliquid de bonis ipsius testatoris legare, vendere aut donare, leonardo bertulique
de brino et filiis suis tam natis quam nasituris ex ipso. Item voluit mandavit iussit et ordinavit quod si leonardus
et nicholaus de budrio super montem habitantes ullo tempore vellent recedere de sub heredibus dicti testatoris ipsi
heredes habeant et habere debeant omnia iura et omnes actiones quod et quas dictus ser federicus habet contra ipsos
leonardum et Nicolaum de eo et pro eo quod ipse ser federicus dedit et consignavit eis omnia territoria bene
laborata et seminata et ex eo quod dedit eis certa animalia et plaustra cum multis aliis masseriis cum pacto

q si recedere vellent omnia sibi data deberet facere bona ipsi ser federicho ac heres in eo statu et meliori
relinquere deberint quam acceperint. Item legavit dorotee filie leonardi q stat sup montis budrij unum lectum
fulcitum de illis quos habet in domo et de fulzimentis quos habet in domo qua habitabat et decem marchas solidorum sibi dandas
post annum et diem postquam ipsa fuerit maritata fuerit ducta ad domum nuptialem. In omnibus autem suis bonis mobilibus et
immobilibus iuribus et actionibus debitis et creditis suis universis tam presentibus quam futuris et in suis iuribus
et dignitatibus ac auctoritatibus investiendi feuda et concedendi bona Iure feudi tam regalis quam ministerialis
ac in se retinendi que revoluta fuerint si ipsis heredibus videbitur et contra illos procedendi qui recognoscere
debebant et recusabant suos heredes universales instituit esse voluit et mandavit Nobiles viros ser Zenonem
et ser Scuttum fratres ipsius testatoris Nepotes et filios condam egregij viri domini philippi de portis volens
iubens et mandans quod ipsi sui heredes teneantur et debeant annuatim et in perpetuum celebrare facere
anniversarium dicti testatoris cum duodecim sacerdotibus et hanc voluit iussit mandavit et ordinavit esse
suam ultimam et extremam voluntatem et suum ultimum et extremum testamentum quam et quod voluit valere
iure ultime et extreme voluntatis et si ultime et extreme voluntatis valere non posset voluit valere
iure codicillorum et donationis causa mortis et alio quocumque iure quo melius et validius valere poterit
ac tenere.

Ego comunus filius quondam Johannis dela campagnolla Civis et habitator Civitatis austrie predicte publicus
imperiali auctoritate notarius ex comissione mihi facta a magnifico et generosissimo domino Jacobo trivisano pro
serenissimo ducali dominio venetiarum in patria fori iulij locumtenentem generalem pro-ut in n. ... et adbreviaturis olim quondam tordij de nordis notarij reperi nil addendo vel minuendo quod sensum variet aut intellectum mutet
rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam publicavi.

testamento di S. federicho
da baldio

Copia del t … del buoni

1429
14 luglio
Riforme ai Statuti della Patria

FRANCISCUS foscari dei gratia dux venetiarum et cetera Nobilibus et sapientibus viris, marcho dandulo, de suo mandato locumteneti patrie fori iulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis quod in millesimo quadrigentessimo vigessimo nono, indictione septima, die quarto decimo mensis presentis Iullij, In nostris consilijs rogatorum et addictionis capte fuerunt partes infrascripti tenoris scilicet Cum locumtenens patrie fori iulij vigore mandatorum nostri comunis alias factorum, circa hoc, convocari fecerit noviter, iuxta mores patrie, consilium parlamenti, pro reformatione constitutionum patrie predicte In quo proposito negocio dum illi de dicto parlamento super quatuor in tribus capitulis forent differentes ipsi nostro locumtenenti apparuit quod fronts poneretur ipsis capitulis, et voluit quod per nostrum dominium, super ipsis capitulis provideretur, que capitula sunt hec videlicet Et primum de penis exigendis per habentes garritum, Et secundum de territorio iudicando et de iudicio, Et tercium de feudis. Et pro expedicione ipsorum capitulorum et aliarum constitutionum addendarum novo volumini constitutionum, Comparverunt ad presentiam nostri dominium septem honorabiles oratores prelatorum Nobilium et Comunitatum ipsius patrie quibus necessarium est expedicionem dare Vadit pars, quod respondeatur ipsis ambasiatoribus, quod nostra dominatio semper fuit, et est, dispositio regere et gubernare dictam patriam, secundum constitutiones generales, et statuta municipialia existentia, in locis et terris ipsius patrie: et quod si inter ipsas constitutiones generales, et iura municipialia, sunt aliquae varietates, seu discrepatio aliqua, propter quas oriri videtur dubium, ipsa dubietas declaretur, ut nostri locumtenentes patrie qui pro temporibus erunt in parte, sciant quid agere habeant, et observare. Et propterea affectantes quietem, et totius patrie bonum sumus contenti quod per consilium predictum valeant et possint

reformari, etiam dicta capitula: ¶ De penis exigendis et
de iudicio, et deteritorio ita quod inter ipsa capitula constitutionum
et inter nostros ordines minime [illegible] ates, non sit diversitas vel obscu
ritas, sed aperte et clara concordantia: Et ita mandabimus
nostro locumtenenti, quod fieri permittat: Verum per has novas re
formationes non intelligimus, nec intelligi volumus in aliquo derro
gari appellacionibus in omni casu, quas spectare volumus, et
declaramus locumtenenti nostro predicte. Volumus et super quod
pro reformacionibus noviter factis, per predictum consilium parla
menti, vel aliqua earum, et presertim super penis imponendis
que vigore constitutionum veterum, spectabant ad cameram
sive ad mensam patriarchalem, non derogetur in aliquo: neque
derogatum esse intelligatur camere nostre predicte circha exa
ctionem penarum predictarum, nisi forte clare constaret, ipsas
penas, pro municipiales, privilegia vel statuta, ad aliquos alios spec
tare, aut dividi debere aliter: ¶ Ad capitulum tercium de
feudis respondeatur, quod volumus, quod si differentia fuerit, aut
verteretur inter aliquas personas privatas, occasione pheudi, ipsa
differentia, seu causa, per nostrum locumtenentem patrie, cognoscatur
et terminetur: si vero differentia fuerit inter nostrum
locumtenententem, nomine dominij, et aliquam specialem personam
de causa spectante ad feudum: Volumus ipsam differentiam
et causam diffiniri, per septem feudarios pares curie, prout
iura disponunt, reservata tamen appellacione, ad nostrum domi
nium ¶ Ceterum quia ultra premissa, supplicarunt, ut
eis concedamus, quod in volumine constitutionum de novo factarum
addere possint unum capitulum [illegible] concessum [illegible]
[illegible] posse presentare, super possessionibus, et bonis sta
bilibus patrie, que de cetero venduntur, et [illegible] in patria
quemadmodum concessum est [illegible], vacat pars in eorum co
placentiam, quod concedatur eis, quod ipsum consilium parlamenti possit

addere, seu addi facere in dicto volumine nono dictum capitulum
prout concilium et padoanis [illegible] tamen verbis superfluis
et impertinentibus, prout in consilio melius et maius apparebit.
Et ad ultimam vero partem, per quam petunt, quod dignemur con
firmare propositum in consilio parlamenti. In favorem Comunitatis
Gemone per quem ordinatur quod hi qui non habitant in civitatibus,
terris, et castris muratis, et habitatis patrie, seu in villis
ipsis locis subiectis, et contiguis non possint alibi, quam in locis
predictis mercandare, mercimonia conducere et exercere sub
pena librarum quinquaginta. et cetera. Respondeatur quod ob sinceram
fidelitatem ipsius communitatis nostre. essemus semper prompti in
quibuscumque licitis et honestis, complacere prefate communitati: 53
quoniam hoc esset contra deum, et humanitatem, et in dampnum patrie
et locorum nostrorum, ac etiam Civitatis nostre venetiarum
ad quam, tamquam ad caput, et principium aliorum locorum
nostrorum habemus et habere debemus. spiritus nostros et personam
in facto mercantie tam necessarie, civitati nostre predicte non
possumus eis complacere. Sed hoc etiam audientes, ea que dicunt
de contrabannis fieri, quod conducitur huc et illuc cotrabanna
nostra, et in dampnum nostri dominij, et ipsius Communitatis,
Scribemus, et mandabimus nostro locumtenenti patrie et succe
ssoribus suis, quod circa hoc faciat, et provideat, uti ei necessarium
apparebit, ut ipsa contrabanna esset pro bono ipsorum nostrorum
fidelium, et nostri communis, Et ad reliqua exposita per ipsos
ambassiatores, Respondeatur eis, quod quia predicta sunt nature
quod oportet illa expedire per alia consilia nostra, ipsi pro nunc
habebunt patientiam. Nam quam citius fieri poterit, humiliter
[illegible] ma [illegible] [illegible] nostris con
[illegible] mandamus quatinus omnia scripta
[illegible] provisionibus suprascriptis observare. et [illegible]
[illegible] faciatis et debeatis. facientes has literas

litteras ī cancellaria ne'tra [illegible] ad futurorum [illegible]
registrari. Dominium vero [illegible] nouiter reformatur
ī c[on]s[i]lio variorum [illegible]. quas vobis sub bulla nr̄a mittimus ī vobis
remittimus per eosdem oratores, sub bulla nostra. ut [illegible]
et ī occurrentibus casibus valeat operari, secundum q[uod] co[n]s[i]lio
[illegible] [illegible] est

Circa la cōfirmatio [illegible] statutio: Item dele pene del garritto: Item de territorio: Item de feudis: Item de agnatis et uicinis: Item [che] sia in libertà d'ogniuno a [illegible] in ogni logo. etc.

Data In nostro ducali dominio palacio. die quarto decimo
July Indictione septima, millesimo quadringentesimo [illegible] nono

testes et alia sua iura.

1429, 14 Decembre — Processo contro

Pre Battista Arcidiacono di Cadore.

Coram vobis Magnifico ac generoso viro domino Marcho Dandulo pro Illustrissimo ducali dominio Venetiarum patrie Foriiulii locumtenente gratiosissimo. Comparet presbiter Johannes de Sivilia In causa quam habet cum presbitero Baptista asserto Archidiacono Cadubrii occasione certi processus indebite et de facto per viam inquisitionis agitati contra ipsum presbiterum Johanem per eundem presbiterum Baptistam et infrascriptos producit Articulos quos probare intendit per testes et alia sua Jura.

Et primo quod dicti asserti testes ut asseritur examinati contra ipsum presbiterum Johanem sunt criminosi infames ebriosi levis opinionis Inimici et in Crimine perseverantes nec emendati conspiratores et tales quibus in [illegible] non debet fides adhiberi.

Item quod presbiter Franciscus de Logarono qui est productus in testem est Ebriosus et adulter et dephensus fuit in adulterio cum uxore Antonii de .. et pro eo extitit verberatus.

Item quod Raymundinus est Ebriosus et [illegible] in tabernis et infamis.

Item quod Ceschus de Polo est adulter et tenet pro concubina Foscaria uxorem prefati Raymundini et etiam ipse habet uxorem.

Item prefatus Ceschus est Inimicus prefati presbiteri Johannis et insultum fecit in eum animo sibi iniuriandi et hoc in domo prefati presbiteri Johannis.

Item quod Bartholomeus de Polo est frater prefati Ceschi Inimicus prefati presbiteri Johannis et insultum fecit contra ipsum presbiterum Johannem [illegible] fratre suo [illegible] et ideo est Inimicus prefati presbiteri Johannis.

Item quod de omnibus et singulis supradictis est publica vox et fama.

In prima copia processus cause prime . p . 7 . £ . 1 ſ 5

Dispensationis et processus in ... p ... £ . 0 ſ ...

processus appellationis . p . ... 2 ... £ . 0 ſ 10

Agitatio . pro dicta appellatione in copia . ſ 4

pro ... ſ 4 . pro citatione ſ 8 . pro ...

responsionis ~~ſ 12~~ cum missione ~~bulle~~

... et processus clausi et sigillati . ſ 40

~~...~~ et pro appellatione ... £ 4

... ſ 2 . 6

Summa £ 6 ſ 16

... 6 . ...

[illegible]

p[illegible] die. iiij. [illegible]

Spectabilis magnifice tamquam frater carissime. Intellectis litteris Spectabilitatis vestre ac ad me delatis per Egregium et sapientem virum dominum Bertrandum de Urbino late [illegible] super facto denariorum mittendorum ad vos ad instantiam creditorum Egregii viri Thomasii de [illegible] [illegible] vobis rescribo quod tot expense creverunt huic camere, quod dictos denarios mittere non possum ullo modo, per dictum d. Bertrandum. Et quia in scripsistis quod ultimi ducati transmissi fuerunt scarsi de XXV, vobis rescribo quod de hoc admiror valde cum non recepta ducatum ullum nisi ad cambium ponderet, et ita fuerunt ponderati illi ducati quos tulit Egregius [illegible] vir dominus Guido de Alano, quem [illegible] in Jacobus de Carano exactor in Utino [illegible] [illegible]. Datum Utini [illegible] die [illegible] novembris 1457

Johannes [illegible] patrie
Foriiulii locumtenens generalis

X Si cum dicto domino Bertrando [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ducatorum [illegible] auri, ipse d. Bertrandus [illegible] [illegible] bonos [illegible] [illegible] dictos ducatos [illegible], de quo ego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Spectabili egregio viro domino Marco
Foscari hon. vicepotestati et capitaneo
Padue tamquam fratri carissimo

1431 3 9mbris c. 140

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum Rectoribus Brixiae . . . . fuit ad presentiam nostram parte illius fidelissimae Communitatis Brixiae . . . . . . quoniam requisivit, ut dignaremur disponere quod ad factiones exemptionum
1431 tam exemptos, quam non exemptos contin[illegible] respondemus ei quod intentio nostra fuit, et est quod tales exemptiones intelligantur de illis, quae per (ditationem?) imponuntur, et non de illis quae emergente casu imponerentur extraordinaria pro . . . tutella, et conservatione ipsorum, et sicuti sumus quod facere debeatis, et observare . . . exempti contribuant in extraordinarijs factionibus, ut sunt laborum de Cerniae . . . marangonorum, et his similia pertinentium ad . . . . . in alijs autem volumus exemptiones eorum inviolabiliter observari

Datum in Nostro Ducali Palatio die 3 9mbris 1431

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum et cetera . . . et Sapientibus viris de Spino Venerio de suo mandato . . . et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ad informationem
1444 vestram, et illius fidelissimae Communitatis nostrae significamus vobis quod pro alleviatione, et commodo omnium fidelium nostrorum deliberavimus quod omnes gentes nostrae Armigerae . . . obviamque alloggiatae habere non debeant a . . . .

aliquid gratis pro usu, et victu suo vel equorum suorum, nisi solummodo plaustra quatuor Paleæ pro unoquoque in anno pro equis vivis, et veris, et non pro conducta via autem alia eis necessaria emere debeant pro pecuniis suis. Nam . . . . . . Sti-pendium ut subsidii nisi pro ipsis gentibus nullam recipiant angariam neque in pecuniis, neque in aliis rebus nisi solum pro Palea suprascripta declarando etiam quod comestabiles pedestres pro eis, vel pro eorum equis si quos habent, nec Paleas, nec fe-num, nec aliquid aliud prorsus habere debent sed volumus quod pro se equis, et sociis suis vivant sumptibus suis, et nihil habeant, nisi stipendium suum sicque volumus quod quantum ad illam partem attinet observetis, et faciatis ob-servari.

Dat. in N. B. P. die XXiiij Aug. ind. sep. 1744

Raphael Gandoetus ... Can. ... Pierini
... sub. et sig. sui ...

Ex Libro C. fol. 20 &c.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili et sapienti Viro Nicolao Contareno de suo mandato Locumtenenti Patriae Fori Julii fidelibus dilectis salutem

1455 & dilectionis affectum. Fuerunt ad presentiam nostram Oratores fidelium Communitatum & subditorum nostrorum Carnearum, & locorum de citra Tulmentum pro una parte, & illorum de ultra pro altera parte occasione litis, et differentiae inter ipsas partes vigentis pro angaria, quae gravedine incisionis, et conductionis lignaminum incidi in nemoribus tam nostri Communis, quam personalium specialium personarum, & conduci ordinatorum per nostros Dominos pro fabrica, & constructione magnarum navium nostrarum, quibus oratoribus utriusque partis auditis, et viso et audito diligenter processu, et sententia per vos tam quam delegatum nostrum super ipsa differentia pronunciata die ultimo Feb. proxime elapsi, & visa inter caetera parte capta in nostro cons.° Rogatorum die 28 Sept. 1451 per quam deliberatum est quod in quibuscumque nemoribus tam nostri Communis, quam aliorum omnia lignamina necessaria pro fabricatione ipsarum navium nostrarum per publicum incidi secari, & parari debeant, et in qua parte nulla fit discretio de habitantibus citra ab illis, qui habitant ultra Tulmentum. Unde intentio cons.ⁱ nostri fuisse predicti videtur quod angaria

ipsa, et gravedo universalis erat, et
equales communique pro facultate et
conditionis sua. Et viso quodam folio
supersitis ipsarum navium nostrarum
quod manifeste comprehendimus il-
los de citra tulmentum longe maiorem
quantitatem ipsorum lignaminum
ad huiusque diem conduxisse quam illi
de ultra. Et considerato quod pars ul-
terior tulmentum est longe maior,
oppulentior, et viris numerosior quam ci-
terior pars, et quod gravedo huiusmodi est
ne dum extraordinaria sed etiam inconsueta,
et multis alijs rebus, et respectibus con-
sideratis deliberavimus quod angaria sive
gravedo ipsa lignaminum tam incisorum
et conductorum, quam incidendorum, et con-
ducendorum pro ipsis navibus nostris fiat
et subeatur per publicum equale omnium
terrarum, et communitatum universa
illius Patriae nostrae tam citra quam ultra
tulmentum, et huiusmodi angariam
contribuere debentium iuxta eorum ex-
tima focus, sive aliam huiusmodi
descriptionem vel modum contribuen-
di. Itaque altera pars altera magis
gravata non sit ullo modo, et illi qui

& distanciam aut alias causas viros
vel bestiamina conferre non pos-
sent dennarios tribuant, ita ut
equa lance omnes senciant onus
predictum, et nullius rei defectu
desit, quo minus signamina ipsa
ad tempus debitum, et sufficientia
habeamus. Hec est intentio, et dis-
positio nostra, quam vos observare
& observari inviolabiliter facere
debeatis non obstante predicta sententia
vestra tamquam delegati nostri, aut alia
aliqua re in contrarium quam revocatam
esse declaramus facientes has nostras
litteras in Cancellaria vestra ad futurorum me-
moriam registrari, & registratas presentanti
restitui.

Dat. in N. D. P. die xiii mensis may Ind. iii 1455
Recepta die xx May 1455

Joseph Lonicinus Cancellarius
... ac ...

Exemplum sumptum ex lib: Duc: ...
C. fol. 248

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venet.
Nobb. & Sapp. Viris Andrea Contareno de
suo Mandato ... & successoribus suis

1455 Fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ad aram fuerunt pridiam Oratores illorum fidelissimorum nostrorum de ultra Tulmentum . . . lignaminis pro navibus nostris, ac pro lanis pendum, que in Patria conducuntur de ordio pro solutione equorum, et bladorum que per eos nostro dominio data fuerunt. Quare vos advisamus quod ipsi Oratores iussu nostro fuerunt cum viro Nobile Leone Bembo dictarum navium sollicitatore et tandem concordes remanserunt quod protomagister supraseriptarum navium ad illas partes veniat, et simul cum deputandis per vos cum illis fidelibus nostris de ultra Tulmentum ad loca se conferat per nemora ubi ordinentur et fideles nostros de ultra Tulmentum incidantur et conducantur in ordine ad ripas lignamina necessaria que deinde deponantur, que . . . protomagistro videbuntur esse pro dictis navibus necessaria et ea que deffuerunt recuperentur de citra Tulmentum per illos qui iusta

ij

q vos bone compereneritis minus oneris pro dictis nauibus contulisse, ut omnes de citra, et ultra bulmentum ad equalitatem pro fois suis reducantur usq ad perfectionem dictarum nauium sicq effectualiter obseruari, & omnino exequi facere debeatis. Vobis declarantes, quod intentionis nrae est, & volumus, et mandamus, ac intendimus, ut nemo exemptus sit, sedque omnia loca Patria tam nra q Rmi Dni Patriae, et Magcorum Comitum Gorbitiae in exactione predicta, quae vobis sub die xx mensis Maij MCCCCLVII scripsimus ad pred^a lignamina contribuant quia hoc onus q nos impositum est. De facto lanarum volumus hic modus obseruari . . . q habentes lanas pred^s annuatim usq q totum mensis Maij nequeant vendere lanas suas nisi compatriotis eo pretio, quo concordes erunt, quia aliquem contra ipsius uelle non intendimus d precio astringi transacto autem mense Maij sit in libertate habentium lanas illas uendere quibus eis placuerit. De facto autem bladorum et equorum

dicimus, et intendimus, quod unusquisque habeat debitum suum, et propterea dabimus operam intelligendi et certiorandi tenere, et quantitate habita, et quibus solui restat, et valeamus cum tempore opportunos dare ordines.

Dat. in N. D. P. die xxvi Iunij ind. iiii MCCCCLV

Ioseph Contarinus Ducalis Dominij Secret.
ext., ac sig.: Die 2 Nov. 1593

Pasqualis Maripetro Dei gratia Dux Venetiarum

Nob. et sapienti Viro Leonardo Contareno

458 de suo mand. Loc.ti P. H. J. fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Commendantes plurimum vestram diligentiam pro his quae fecistis in executione mandatorum nostrorum circa operarios illius Patriae, qui debent accedere ad laborerium illius fovee, cui praeest Vir Nob. Marinus Contarino respondemus ad declarationem, quam petitis per litteras vestras datas 27 Augusti nuper elapsi esse nostrae intentionis, et ita volumus, et mandamus vobis, ut communitatem S. Danielis, et ceteras alias Communitates, quae habent exemptionem, tam a Condu.tis quam a[...] ad hoc opus conuenir[...] facere debeatis

ipsis

ipsis exemptionibus non obstantibus quia
penitus deliberavimus quod exempti et non
exempti cogantur ad mittendum pro com
ratam ad opus antedictum.

Data in N.D.P. die 7mo Sept. Ind. VI ª 1558
Recepta die 8 Sept. 1558

Raphael Sandonus Nott. Canc.
Notum fidei ex. iuit publ. et sig.

Pasqualis Maripetro Dei Gra. Dux Venet. et Nob. et Sap.
Viro Leonardo Contareno de suo mandato Loc. P. fideli
dilecto, salutem et dilectionis affectum
Summopere optamus ut perficiantur fovea
ordinatae per Virum Nob. Marcum Gomarium
provisorem nostrum propterea volumus, &
Vobis mandamus, ut provideatur quod
Mag.corum Dominorum Comitum Contii
quos terminavimus, & mansi omnis
ad foveas contribuere sine temporis am
missione contribuant, & perficiant ut
supra quanto cellerius possibile sit simi
liter vobis mandamus expresse ut om
nino illi de Satriana, & Simoli subito mit
tant contentum ratam partem, & in hoc maxi
me vos oneramus.

Dat. in N.D.P. die 3. mensis Octob. Ind. VII.ª 1558
Recepta die 8 octob. 1558

Raphael Sandonus Nott. Canc. fidei
ex. iuit publ. et sig.

Pasqualis Maripetro Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobb. &
Sapp. Viris Lud.co Buscareno Doctori de suo m.to
Pl. et successoribus suis fidelibus dilectis
salutem, & dilectionis affectum. Intentio-
nis nostrae, et firmi propositi est, ut castrum
fortia Montisfalconi, & quanto citius
possibile sit ipse locus in convenienti forti-
tudine reducatur, & quia ipsius securi-
tas consistit propter ipsius situm con-
servationem, et universale commodum
totius Patriae deliberavimus ac volumus
& vobis mandamus, ut omnem diligen-
tiam, studium, et solertiam vestram appo-
natis ut dictum opus perficiatur, et ad
effectum provideatis per illos modos, qui
vobis videantur, quod exemptos, non exem-
ptos, et etiam subditi locorum, quae a-
tentur per Rev.mum D.num Cardinalem
Patriarcham omnino ad dictum opus con-
tribuant facientes has nostras ad futuram
memoriam successorum vestrorum in actis vestri
regiminis registrari.

Dat. in n.ro D.li Pal.o die in Nobris ind. X 1462

Raphael Sandonis, Vers. Canc.
...

Cristoforus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobb. et Sap.
Viro Joanni Mocenico de suo m.to ... Pl. fideli

1471. dilecto salutem, & dilectionis affectum
Placuit nobis vehementer intelligere, & litteris
vestris de alloggiandis armigeris lanceatis
specialiter perspexisse vos diligenter
probe dari eis faciendo taxas consuetas
propterea nihil ita, ut pauperes Villae
non graventur onere insolito de D. no
Bonifacio & Antonio Foresto, ac reli-
quis et istis intentionis, & ita decernimus
ut eis non displiceant, ut dentur alloggia-
menta his praecipuis viris, & ita volu-
mus, & mandamus, ut observari debe-
at, nec exinde aliquis ex ista Patria
doleat, aut gravetur de alloggiamentis
ipsarum Armigerarum gentium, quia ut
prudenter eis diximus non mittimus eos
alicuius incommodi illi causa, sed tute-
lae et propugnationis ut mittimus ad
invicem, et [illegible] Turconum
est provinde [illegible], et convenientius &
ita decernimus, ut omnes indiffe-
renter tam exempti, quam non exem-
pti subveniant, & participent de
ipso onere alloggiamentorum ipsarum
gentium Armigerarum. Ita quod omnium
commodum & salutem respectat [illegible]
omnes [illegible] sustinendum [illegible]
Volumus ut omnibus de [illegible]
ne notitia [illegible]
[illegible]

[illegible] reintegranti ad [illegible]
[illegible] est firma nostra deliberatio [illegible]

Data in [illegible] die 19 Julij Ind. 4.a 1471

[illegible] Sap. Viro Joanni Mocenico [illegible]

Raphael Gandonus [illegible]
[illegible]

Sumptum ex Regestro [illegible] 8.

1477 Andreas Vendraminus Dei gratia Dux Venet.
Nobb. & sapp. Viris Jacobo Mauroceno de suo
m.o Loc.ti & Zachariae Barbaro Provisori
[illegible] [illegible] P.A.I. et successoribus
suis fidelibus dilectis salutem & dilec-
tionis affectum. Fuerunt ad nostram pre-
sentiam prudentes Viri Petrus de Strassoldo
Deputatus super alloggiam.ta Patriae &
Nicolaus Vani [illegible] Communitatis
Civitatis Austriae exposueruntque nobis copias
nostras Equestres quae sunt in Presidio istius
Patriae [illegible] [illegible] et taxas habentes ab ip-
sa Patria iuxta deputationem a nobis factam
non contentari [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ultra ipsas taxas exigere eorum
pecunias ab districtualibus, Rem ipsis di-
strictualibus grave & molestam [illegible]

[illegible]

civitatum, et manifesta cum eversione, et
ruina sequerentur tollerare, [illegible]
petierunt ut super hoc opportune provi-
dere dignemur. Et nos quoniam res certe
iniusta, et maxime inhonesta esset, quod
districtuales predicti pro una eademque re
duplicem angariam subire deberent, volumus
et vobis mandamus, ut districtuales istius
Patrie qui sunt obligati dare alloggiamenta seu taxas
oppidis predictis in alloggiamentis, et taxas quas
eis dederint non solum non astringatis, sed
nec permittatis illos, quidem ultra dictas taxas
dare etiam pecunias et similiter pro pecunias debe-
rint nollite eos astringere, nec permittatis
quod dent taxas ultra pecunias, Deinde pro-
videre, quod una [illegible] angariam
Volumus itaque et mandamus vobis [illegible]
cunijs, que in manus vestras [illegible]
oppidum predictarum [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
et alloggiamentis eis muniatis.
Et quoniam sed gravati etiam sunt [illegible]
hos stipendiarios [illegible] Prata domi-
tied [illegible] maxima [illegible] eorum quorum sunt
dicta Prata, Volumus et mandamus [illegible]
[illegible] debeatis, et [illegible]
itam rem veram esse [illegible]
ipsos ad [illegible]

Demum quoniam [illegible]

Crator q sine certi armigeri habitantes in
illis habitatis secus voleño ... onis ...
... et illas habet ipsis ...
qualibus ... mandamus ...
...
...
...
...
...
... die xxx^mo ... 1477
Reg. ... 1477

...

... fol. 24

Joannis Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum et cet. Nob. et Sap.
Viro Joanni Emo militi de suo mandato Loc. Patri et suc-
cessoribus suis fideli dilecto salutem et dilectionis
affectum. Venerunt ad presentiam nostram fid. nostri
1478 21 marzo Bartholomeus de ... et Ludovicus de Puteo
Oratores ... Patrie, qui ...
memoratam singularem diligentiam ... nobis
adhibitam in muniendo Citadella Gradis-
che, quam affirmant vestri ingenio, et pruden-
tia vestra in talem ... et securitatem ...
... ut valebat etiam illic versari

...

posset suppliciter a nobis petierunt, ut provi
re, et mandare dignemur quod armigeri quos
in Patriam misimus, et missuri imposterum
sumus in Citadellam praedictam se recipiant.
Item indoluerunt exigi fena ab ipsa Patria
gratuito sine ullo pretio pro quo suppliciter
petierunt, ut ipsi, qui dare cogentur dare sua
fena armigeris eis pro dictis fenis solvi facia
mus iuxta ordines baxarum factarum per bancas
nostram, et qui non habent fena non cogantur
illa dare. Demum indoluerunt Contadinos
istos nostros gravari ad carrigianda ligna
nulla prius nobis data notitia suppliciterque
petierunt, ut mandare dignemur quod contadini
predicti non graventur circa carrigia
ultra iustum, et honestum. Quo ad praedicta ad
primam partem attinet multo antea nobis
ut scitis prioribus providerat quod omnes copie
tam equestres, quam pedestres etc. quot
capere poterit ipsa Citadella ad alloggian
dum in ipsam Citadellam se recipiant,
quam fabricari fecimus ad hunc
precipuum finem. Vosque qui eam mi
nimum incommodius fortificastis, laudamus
et commendamus summopere. Quantum
ad secundam attinet de fenis mentionem
faciunt mandamus vobis ut fena
habentes fena dare armigeris nostris alloggiatis

quam nemo dat, quod non habet; habentibus cum
pena, et damnis prefactis armigeris praedictis
illorum solui faciet uicem baxas factas
vanulas nostras in isto nostro Consilio regatarum
beim ad extrema, et ulterius attinet man
damus vobis, ut quemadmodum inuigila
bit quotidie cunctis rebus ac opinionibus
salutem istius Reip. ita Dominio inuigiletis
nec permittatis Contracinos istos nostros
dicta Carrigia super eisdem, et ionesorum
aliquo pacto grauari, quemadmodum
nostra prudentia, et diligentia confidi
mus te facturum.

Datum in nostro P. die XXVIII Martii ind. XIII MCCCCLXX

Copia Contenus Canis Comitis Notarius quae
die 4 9mbris 1593

Ex lib. H fol. 77

Joannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum Nobilibus et sapp.
viris Jacobo Venerio de suo mandato loco P. et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilec
1480 tionis affectum. Significamus vobis quod
in nostro Consilio Rogatorum die hodierna
captum fuit pars tenoris infrascripti. Che chi
volse fu posto in questo Consiglio che ogni
della Patria del Friul, con christi conce
christi, et con uniuersitatis conservar

vniuersitatis

previlleggiati dovevero contribuir alli allog-
giamenti delle genti d'arme allozate in
essa Patria, i quali dapo sono contenti
essa contributtion continuare, et darla alle
case di rivaiscita, dove dieno alloggiar esse
genti d'arme, et tenute alcuni da pagar,
et alcuni recusà di pagar dicendo esser
essenti, et haver privileggij, e necess.rio
sia provedere, et servar equalità per
tanto l'anderà parte.

che per auttorità di q.to Cons.o sia scritto et commandato
al Luogotenente, che debbia astringer detti a contribuir
tutti, et cad.o la rata, et portion
sua, così essenti, come non essenti, così pri-
villeggiati, come non privilleggiati, quale
non havesse pagato, per la pred.a perfettion,
et compim.to d'esse Case. Quelli veram.te della
Cargna, et altri, che guardano i passi sia
lassati in arb.o del Luogotenente, come fu
preso in le altre deliberation n.re circa
tal materia.

Et attrezza molto importa la scarpa, et fortifi-
cation di Udene, et del luogo di Gradiscka
Però sia etiam preso, che et a d.te fabriche, tut-
ti sì p.ti previlleggiati, et non privilleg-
giati, essenti, et non essenti faccino l'op.e
et angarie sue p.sonal, et quelli di Cargna
et che guardano i Passi rimangano inesi

in add.° del mag.co Quare auctoritate supradicta
vobis mandamus quatenus supradictas formas
l continentia in ea observare, et observari
facere inviolabiliter debeatis, facien
etiam has nras litteras ad futuram memoriam
registrari.

Dat. in ... die xij Sept. Ind. 1 1480

Reg. lic. in Sept.

Joseph Conerinus ... exem
placavit, ac sigillavit

Ex sumptum ex lib. ... I ... in ...
... a c. 44

Joannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum ...
... Capitaneo de suo ... fideli
dilecto salutem et dilectionis affectum.
1484 Dominus ... Comitis Bernardini de Fortibrachijs
dixit nobis praedictum Comitem cum eius so
cietate pati non parvam inopiam ...
feni, adeo ut ob hanc causam equi sui
in stationibus ... Et quia est
honestum ut ipse comes habeat fenum
ad eius equos alendos necessarium: Ideo
mandamus vobis, ut detis operam cum

effectu

effectum, ut ipsi comites habeant pro se, et eius
societate fenum ad sufficientiam, faciendo
[illegible] per quos [illegible] diligentiam com-
putimus de feno quod ab unoquoque habuit,
ut cum [illegible] eius bollettas, recipere
facere possimus valorem feni ab eo habiti
et rationes dare illis, qui feni pretio comit.
et eius societati dedimus, hoc quod si dici-
mus ut faciatis ergo alias gentes equestres
per habeant stationes suas in [illegible] nostra.

Dat. in [illegible] die [illegible] Novembris [illegible] 1487

Jacobus Thomasinus [illegible]
ex[illegible] sub die 23 octob. 1593
sub. et sigil.

1511, 27 luglio in Pregadi [illegible]

Cosa conveniente, e degna d'ogni buon Principe et Rep.
ben instituita procurar quanto più si può
una commodità delli sudditi suoi per valersene poi di
quelli in ogni occorrenza di tempi [illegible] che tanto più
dee esser osservato al presente dalla S. N. [illegible]
[illegible] cittadini, quanto s'ha manifestamente
conosciuto in la nostra prossima [illegible] quali
sia stata la loro devotione et constantissima fede
verso il stato nostro, per il qual hanno patito danni,
rovine, et incendij, che maggior non si possino dir
et essendo loro al presente molto mal trattati [illegible]
[illegible] quali alloggiano per li Territorij,
nelle case loro di [illegible]

succedono, che per l'informatione si dà non
si conveniendo in ba[l]luoglio di dett.i doi s[oldati]
[illegible] etiam del commetter molti inconve
nienti alli quali [illegible] necess.rio proveder om
nino però.

L'anderà parte che per [illegible] di questo Cons.o & nunc
sia statuito, che à tutte le genti d'arme, et al
tri soldati n.ri à cavallo, quali sono, et saran
no, alli stipendii n.ri sia deputato lire quatro,
et mezza di piccoli per cavallo al mese da esser
pagati per quelli delli Territorii n.ri, in li quali
non debbano allogiar più à spese de Conta
dini, ma in le città, Castelle, et quelli altri
luochi, che apparerà al n.ro Coll.o più à propo
sito per servitio del stato n.ro, in li quali deb
bano star à tutte spese sue, et ogni cosa [illegible]
da Contadini, over altri non habbino cosa
alcuna ultra le pred.e lire quatro et mezza
per cavallo, intendendoli tamen [illegible]
[illegible] n.ro solum per [illegible], et acciò le cose
pred.e si continuino alli tempi debiti [illegible]
che per le Comm.ni delle Città n.re sia fatta
elettion di un huomo loro Contadin & de un
altro per quelli de Terr.i quali habbino carg
[illegible] scoder ogni mese delli Territorii
per li Degani, Massari, over altri officiali
delle Ville sua portion del danaro spettante
à quelli, per esser a[illegible]ti, li quali [illegible]
debbano [illegible] consignar il [illegible]

1432, 23 maggio Udine. Sentenza del L.te Leonardo Giustiniano in lite [illegible] tra il Comune di [illegible] [illegible] notaio di Cividale [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] legato nel detto [illegible], [illegible] [illegible] nella piazza agli uomini di Prestento.

In Xp̄i nomine: Amen. Nos Leonardus Iustiniano pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum Patrie Fori Iulii Locumtenens Generalis Cognoscentes de causa, lite, et questione que versa est coram spectabili Viro Dn̄o Iohanne Contareno Precessore nostro et nunc vertitur coram nobis inter prudentem Virum S. Zanitellum notarium de Utino tamquam Sindicum et Procuratorem per vim — substitutionis hominum et Communitatis Prestenti ex una agentem, et petentem, ~~[illegible]~~ et prudentem Virum S. Henricum notarium tamquam procuratorem et procuratorio nomine providi S. Henrici notarii de Civitate Austria parte ex alia se defendentem litis mote et intentate de et super libello sive petitione eiusdem S. Zanitelli dicto nomine sequitur et est talis. Coram Vobis Magnifico et Generoso Viro Dn̄o Iohanne Contareno pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum Patrie Fori Iulii Locumtenente gratiosissimo comparet Zanitellus notarius de Utino Sindicus et Procurator ac sindicario et procuratorio nomine hominum et Communitatis Ville Prestenti et querulanter exponit contra et adversus S. Henricum ... seu contra et adversus quamlibet aliam personam pro eo coram Vobis legitime comparentem. Quod Nicolaus dictus Cocianus q.dam Merchiadani de Prestento per se suosque heredes nomine et

causa

causa libere et irrevocabilis donationis inter vivos dedit et donavit Iacobo dicto coffo qdam Nicolai de Prestento unum suum Ronchum cum silva contigua posita in pertinentiis Prestenti in loco vocato Arueda iuxta Ronchum et silvam dicti Iacobi Coff, iuxta Iohannem dictum Curesa de Prestento iuxta Pontonum qdam Bossati de Presten= to iuxta unum Ronchum dicti Nicolai iuxta Rivum et iuxta viam pu= blicam.. Item unum baiarzutum positum in dicta Villa iuxta baiar= cium Puppi qdam Clizoy de Prestento iuxta Iohannem qdam Ni= colai de Prestento iuxta Leonardum Vascoppi de Prestento, et iux= ta viam publicam. Item unum campum positum in pertinentiis Toglani in loco vocato Valer iuxta terrenum Monasterii sancte Marie in V---- de Civitate Austrie iuxta pratum Bunissini de Prestento, iuxta viam publicam et alios veriores confines dic- ------ silve baiarzutti et campi, cum hoc quod dictus Iacobus eiusque heredes aut cui dederit ius suum ----------- ---.. debeant in Festo Corporis Xpi solvere dare et partire super platea Ville Prestenti unum starium panis, unum congium vini et libras casei sex hominibus et personis dicte Ville Prestenti, et omni= bus tunc presentibus cum predicta dividuntur pro anima ipsius Ni= colai Cociani et suorum defunctorum prout apparet publico instrumen= to

to ad quod se refert dictus procurator, Ita quod dictus Nicolaus dictus Coss usquequo tenuit et possedit dicta terrena dictam elimosinam curialiter fecit. Item predicta terrena pervenerunt ad manus olim Magistri Guerardi patris ipsius S. Henrici deinde ipsius S. Henrici sunt anni duodecim et ultra   prout liquidabitur. Quo tempore dictus S. Henricus dicta terrena tenuit et possedit et dictam elimosinam seu distributionem minime fecit in grave eius anime periculum, et damnum dictorum hominum et Communitatis Ville Prestenti, et licet fuerit pluries requisitus facere denegavit et recusavit prout de presenti denegat et recusat indebite tamen et iniuste. Quare dictus procurator et Sindicus omnibus meliori modo, via, iure et forma quibus melius scit et potest petit per vos Magnificum Dnum Locumtenentem, vestramque diffinitivam sententiam sententiari, pronuntiari diffiniri et declarari debere dictum S. Henricum teneri et obligatum fuisse et esse ad dictam distributionem, et divisionem panis vini et casei fiendam per   specificatam. Quo declarato petit eum compelli et condemnari et cogi ad ~~diffinit~~ distribuendum dandum et dividendum dictis hominibus et Communitati Ville Prestenti et aliis tunc presentibus pro dictis duodecim annis prefatis staria panis duodecim, congia vini duodecim, et libras casei septuagintaduas. Et nichilominus in futurum annuatim iuxta

continentiam

dicti instrumenti, cum expensis factis et fiendis, de quibus protestatur in omnibus et singulis Vestrum officium implorando, salvo iure adden=di, minuendi, mutandi corrigendi, et quolibet alio suo iure. Super quo quidem libello sive petitione inter supradictum S. Zanitellum sindicum et procuratorem, ac sindicario et procuratorio nomine quo supra ac prudentem virum S. Leonardum notarium Thialdi de Utino pro=curatorem et procuratorio nomine prefati S. Henrici lite legitime contestata; et servatis postmodum in ipsa causa nonnullis actis et terminis in eadem causa legitimis conclusum extitit. Unde visis post=modum per Nos et diligenter examinatis dicto libello ac litis contes=tatione et legitimatione sindici et procuratoris partium predictarum nec non instrumentum donationis per antedictum S. ~~Zanitellum~~ Zanitellum dicto nomine in eadem causa producto, visisque ~~oppo~~ oppo=sitionibus per supradictum S. Leonardum sive ipsum S. Henricum Everardi contra dictum instrumentum factis et replicationibus ad dictas oppositiones a parte adversa sequutis, nec non positioni=bus per ante dictum S. Henricum Everardi productis ac responsionibus per antedictum S. Zanitellum dicto nomine ipsis positionibus factis, Visisque dictis et attestationibus testium productorum et examinato=rum pro parte prefati S. Henrici, nec non oppositionibus per antedictum

S. Zanitellum

S. Zanitellum contra dicta et attestationes dictorum testium factas
et replicationes ad dictas oppositiones a parte adversa sequutas ac
dicte cause conclusione, omnibusque aliis et singulis que in predictis
et causa predicta videnda, attendenda et consideranda fuerunt et ~~sed~~
super eis matura deliberatione prehabita, Christi nomine invocato
de cuius vultu recta procedunt iudicia. Ad nostrum solitum iuris ban-
chum pro tribunali sedentes Monitis ibidem per nos antedicto S. Za-
nitello, et S. Iohanne bono notario de Civitate Austria procuratore
se asserente, et procuratorio nomine suprascripti S. Henrici Everardi
ibidem cum satisdatione de rato predicto S. Henrico admisso. Ad
videndum et audiendum fieri et promulgari hanc diffinitivam
sententiam per ipsam nostram sententiam quam ferimus in his
scriptis dicimus sententiamus et pronuntiamus, diffinimus et con-
dempnamus prefatum S. Henricum Everardi, sive dictum S.
Iohannem bonum notarium eius nomine ad dandum et solvendum
dictis hominibus et Communi Prepotenti, sive ipsi S. Zanitello eorum
sindico et procuratori dictam distributionem, seu elimosinam unius
starii panis, unius congii vini et ~~xx~~ librarum casei pro Annis
quattuor proxime precedentibus presentem motam litem. Et nihil
omnino ad solvendum annuatim in futurum, seu faciendum dictam

annuam

annuum ~~[struck]~~ censum distributionem seu elimosinam in festo corporis Christi super dictis Roncho bayarzuto, et canipa: Condemnamus que insuper prefatum S. Henricum Leverardi sive dictum S. Iohannem bonum notarium dicto nomine victum eisdem hominibus et Communitati sive dicto S. Zanitello eorum nomine victori in expensis legitimis presentis cause, quarum taxacionem nobis imposterum reservamus. Et ita dicimus, sententiamus pronunciamus et declaramus omnibus meliore modo, via, iure et forma quibus melius possumus et de iure debemus.

Lecta lata data et in his scriptis pronuntiata et declarata fuit suprascripta definitiva sententia per suprascriptum Dnum Locumtenentem Utini in porta Cividati in domibus habitationis et in loco solito iudicii prefati Dni Locumtenentis sub Anno Nativitatis Dni nostri Yehu Christi Millo quadrigentesimo trigesimo secundo Indictione ~~[struck]~~ decima die Veneris vigesimo tercio mensis Maij inter nonam et vesperas hora causarum. Presentibus ibidem prudentibus et discretis viris S. Antonio notario qdam Matthiussii, S. Nicolao notario qdam S. Danielis de Colle prampergi, S. Iacobo notario Pictoris, S. Iohanne notario

tario filio q. Nicolai de Martignacho, q. Matheo notario filio Magistri Iacobi, et q. Michaele notario q.dam q. Raphaelis de Utino Utini habitatoribus testibus ad hec habitis vocatis et rogatis. Presentibusque ibidem prudente viro q. Zanitello notario sindico et procuratore suprascriptorum hominum et Communitatis Prestenti et q. Iohanne bono notario de Civitate Austria tamquam procuratore, et procuratorio nomine suprascripti q. Henrici notarii Everardi de Civitate Austria ad audiendum fieri et promulgari hanc suprascriptam sententiam. Quam quidem sententiam prefati q. Zanitellus et q. Iohannes bonus laudaverunt et approbaverunt in omnibus et per omnia.

Et Ego Antonius q.dam Magistri Bartholomei de Utino publicus Imperiali auctoritate notarius suprascriptis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus scribere, fideliter scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis consuetis apposui in fidem et testimonium premissorum omnium et singulorum.

P

Circa Sanguinem 1434 -

Ad declarationem et favorem jurium Capitaneatus S. Viti in causa appellationis pro intromissione facta contra Nob. D. de Brandolino examinentur testes super capitulis infrascriptis;

Quod in Patria Forijulij Gastaldus D. D. Patriarchæ comprehendere debet et comprehendit jurisdictionem sanguinis. et Gastaldiones seu Capitaneij habentes seu exercentes Gastaldiam D. D. Patriarchæ cognoscebant et poterant cognoscere de quibuscumque causis et ita fuit et est communis hominum intellectus et communis opinio in Patria Forijulij.

Testes introducti fuerunt

exc.s Legum Doctor D. Joannes Moysi Civis Utini.

Nicolaus Brunello q. Joannis de Utino fuit V. Marescalcus in Patria tempore D. Patriarchæ de Portugr.[?]

Vir Nob. S.r Federicus de Colloreto q. S.r Asquini fuit Gastaldio Carneæ, annis 7. nomine Dnij

Vir Nob. S.r Federicus de Savorgnano q. alterius Federici

S.r Jacobus Pregonis q. M.ri Leonardi

Vide in Volumine sig.to Venia n. 1.

[illegible]

Bolla Pontif. conferma diritti di Moggio

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.
Ex debito Offitii Nostri Pastoralis quo Ecclesiarum et Monasteriorum omnium Regiminis præsedemus ad ea per quæ statuimus, et indemnitatibus Ecclesiarum ac Monasteriorum prædictorum consuliter libenter intendimus, nec non illis quæ propterea provenisse comparimus ut illibata persistant Nobis petitum ..... libenter adjcimus, firmitatem sane pro parte Venerab. Fratris Nostri Blasii Patriarche, Jerosolimitani perpetui administratoris Monasterii Sancti Galli de Mosio Ordinis Sancti Benedicti Aquilejensis Diocesis in Spiritualibus et Temporalibus per Sedem Apostolicam de presenti Nobis nuper exhibitis petitio continebat, quod olim Divæ Memoriæ Federicus Primus Romanorum Imperator semper Augustus ipsi Monasterio concessit, quod ejus Abbates, res omnes, quas hactenus juste et legaliter possederent, nec non illas quæ futuris temporibus ad ipsum Monasterium pervenirent possidere liceret, quodque si quis Patriarcha, Episcopus, Dux seu Comes aut aliquis Nobilium vel eorum qui Honorarii nomine notæ=tur, seu cujuscumque conditionis Persona Allodium suum ad prædictum Monasterium offerre velet, Imperialis auctoritate libera licentia potiretur. Et deinde Claræ Memoriæ Federicus Secundus similiter Imperator concessionem hujusmodi confirmavit, ac successive felicis recordationis Nicolaus Patriarcha Aquilejensis suo, nec non suorum ibidem successorum, et Ecclesiæ Aquilejensis nominibus q. Guidoni Abbati dicti Monasterii pro se et ejus successoribus plenum jus et Dominium cum Garitta, et omnimoda Jurisdictione Temporali, atque Regalia, nec non merum et mixtum Imperium Dicto Nicolao Patriarche, quæ et Ecclesiæ suæ competebant, ac ex largitione Imperatorum ac Regum Romanorum ad ipsos spectare noscebatur in Canalibus Mosii, Resiæ, et Selvæ, ac eorum locis, pertinentiis et confinibus in dictis Canalibus positis ab introitu Montium versus Venzonem ubi Currus Mercatorum incipiunt ascendere viam Montis usque ad flumen Pontebbæ inclusive versus Villacum, et

in omnibus Villis, locis, stratis, montibus, vallibus et planitiebus concessit, et perpetuo largitus fuit, ita quod sic precipue Nicolaus Patriarcha, tunc Guidonem Abbatem predictum suo et eorundem suorum successorum nomine de premissis regalibus, juribus, jurisdictionibus et honoribus per Vexillum et Gladium presentialiter investiverat ei Guido, nec non ejus successores prefati velut ipsius Ecclesie Principes ab eisdem Nicolao Patriarche, suisque successoribus de dictis juribus, jurisdictionibus et honoribus per Vexillum syndonis et Gladium in signum Principatus et Dominii temporalis Investituram susciperent, ac subsequenter pie recordationis Ludovicus etiam Patriarcha Aquilejensis concessionem per ipsum Nicolaum Patriarcham ut premittitur factam ac largitionem predictam confirmavit et approbavit prout in litteris autenticis desuper confectis ipsorum Imperatorum et Patriarcharum sigillis munitis, et quarum tenorem premissis aliquibus que in litteris hujusmodi descripta sunt characteribus et Notariorum signis de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius dignoscitur contineri. Quare pro parte dicti Patriarche Administratoris Nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessionibus, confirmationibus largitioni et approbationi predictis, nec non aliis in ejusdem litteris contentis pro illorum subsistentia firmo in robore Apostolice confirmationis adherere, et alias super hiis opportune providere, et benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationi inclinati, concessiones, confirmationes, largitionem et approbationem et contenta huiusmodi, nec non quecumque inde secuta rata et grata habentes in omnia, auctoritate Apostolica et certa scientia confirmamus, et presentis scripti Patrocinio communicamus, supplentes etiam defectus, si qui forsan intervenerit, et eisdem non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesie Monasterii et Ordinis predictorum juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ut ante et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Tenores vero litterarum

Huiusmodi sunt!:

Registratas ad paginas septem in presenti libercolo-

/ Tratto dal Vol. VIII p. 192. della Collezione Barnabea /

1433

Magnifice et Excellens domine domine noster humili recomendatione premissa. Intelectis quidem ... magnificentie vestre nobis Bertoldo et Wnaboni honoratis expositis necnon magnificis literis in Odorico missis super facto illorum nobilium de Valuasono, in quibus nobis stricte mandatis quod divisioni eorum fiende finem omnino imponamus secundum tenorem sententie, Eidem magnificentie dominationi vestre omni qua scimus et possumus obedientia reverenter intimamus quod intendentes totis viribus mandata dominationis vestre exequi vocavimus ipsos videlicet fratrem Nicolaum, fratrem Olivum et Hendricum adultum quorum volentes audire petitionem ut possemus ingredi ad agendam divisionem audivimus fratrem Nicolaum qui dixit se contentum verum primo et ante omnia vult quod omnes habitantie Valu[illegible]ni Duogarie de Mislaret et certe alie res que tenguntur omnes communes de Valuasono et in quibus fuit divise ponatur in cumulo aliter non vult contentari de aliqua divisione addendo multa alia que esset longa narando, et similiter dicit ille Hendricus. quapropter Magnifice domine noster cum omni instantia qua possumus humiliter supplicamus quatenus dignemini nos ab hoc onere sublevare quia non videmus modum quo possimus hanc divisionem facere rationibus predictis, Datum Spilimbergi die penultimo mensis Maij xj^e Indictione

Per eiusdem magnificentie dominationis vestre humillimos servitores

Odoricum
Bertoldum et
Wnabonem de Spilimbergo

D. Magnifico et Excellenti dno dno meo, dno
Fantino Viaro pro Ser.mo et Excellen-
tissimo Ducali dno meo Venetiarum
patrie Fori Julii digno loc. tenen., dno
gratioso

1453

1433, 30 maggio. Spilimbergo.

Livera dei signori di Spilimbergo al d. T. Fantino libro delle Investiture dei Signori di Spilimbergo.

1420. 17 apr. Cividale [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] legittimazione [illegible] publicum

Nicolaus Phillippi decanus Collegiate Ecclesie beate
Marie de Civitate Austrie Aquilegensis diocesis ~~executor ac~~
ac executor Commissarius ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus
dilecte nobis Francische nate quondam Nobilis viri ser Nicolai de
Soldoneriis de Utino omnibusque aliis et singulis ~~aliquos premissos~~ quorum interest vel interesse
~~premissorum~~ salutem et sincere dilectionis affectum. Litteras poterit quomodolibet in futurum
sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia
pape quinti eius vera bulla cum cordula canapis plumbea
ipsius domini nostri pape pendente more romane curie bullatas
sanas et integras non viciatas non cancellatas nec in
aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspicione
carentes nobis per eandem Franciscam presentatas Nos
cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis huiusmodi
sub tenore. Martinus episcopus servus servorum dei Dilecto
filio .. decano Ecclesie beate Marie Civitatis Austrie Aquilegensis diocesis
Salutem et apostolicam benedictionem. Humilibus et honestis supplicum
votis libenter annuimus illaque prosequimur favoribus opportunis.
Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecte in Christo filie
Francisce Nicolai Francisci de Soldoneriis mulieris Aquilegensis
diocesis petitio continebat quod cum dilectus filius Nobilis vir
Johannes Oderici de Susanis domicellus dicte diocesis
habens ut asserebat a clare memorie Karolo Romanorum
Imperatore legitimandi et habilitandi spurios bastardos
et alios de incestuoso et dampnato coitu procreatos eosque
reducendi ad institutiones et successiones bonorum et
hereditatum paternorum et maternorum tam ex testamento quam ex
intestato proveniencium ac ad omnia alia iura dignitates
et honores, ac si de legittimo matrimonio forent procreati
specialem facultatem cum eadem Francisca super natalium defectu
quem patitur de coniugato genita et soluta ut eo non obstante
in omnibus parentum et agnatorum et cognatorum suorum tam ex

testamento quam ab intestato necnon aliis hereditariis et pheudalibus
quibuscumque bonis succedere proinde posset et valeret ac si esset de
legittimo thoro nata dicto eidem Nicolao eius patre consenciente
vigore potestatis huiusmodi dispensavit et quod deinde dictus Nico
laus condens in sua ultima voluntate testamentum in eodem testamento
eandem Franciscam ultra certa legata et prelegata sibi per eum in
dicto testamento facta in quinta parte omnium suorum bonorum heredem
instituit et esse voluit dictaque Francisca ipsius testamenti et institucionis
vigore dictorum bonorum pro dicta parte ac legatorum et prelegatorum
huiusmodi possessionem extitit pacifice assecuta. Cum autem sicut
eadem peticio subiungebat dicta Francisca dubitet dispensacionem
huiusmodi et alia inde secuta ex eo quod tam ipsa quam [illegible] eius
pater predictus in civitate Aquilegensi que Romane ecclesie est
immediate subiectus moram trahunt et ubi nati fuerunt
ac ex aliis certis causis viribus non subsistere pro parte dicte Francisce
nobis fuit humiliter supplicatum ut dispensacioni et bonorum
huiusmodi assecucioni et aliis inde secutis robur apostolice
confirmacionis adicere de benignitate apostolica dignaremur.
Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes huiusmodi
supplicacionibus inclinati discrecioni tue per apostolica scripta
mandamus quatenus de premissis omnibus et singulis auctoritate nostra
te diligenter informes et si per informacionem huiusmodi
tibi constiterit prefatum Iohannem potestatem et auctoritatem
huiusmodi habuisse ipsumque cum eadem Francisca super defectu predicto
dispensasse [illegible] ut prefertur dispensacionem eandem prefateque
Francisce institucionem et alia inde secuta auctoritate nostra confirmare
et approbare procures. Et nichilominus cum eadem Francisca si
et prout tibi expediens fuerit ut in bonis huiusmodi succedere
possit et valeat eadem auctoritate dispenses constitucionibus apostolicis
et legibus imperialibus ac statutis municipalibus et aliis contrariis
non obstantibus quibuscumque. Datum Florencie V Nonas Marcii
pontificatus nostri anno tercio. Post quarum quidem litterarum
apostolicarum presentacionem et recepcionem fuimus per prefatum

Franciscam habitis et debita cum instancia requisiti quatenus ad in-
dagationem inquisitionem et executionem dictarum literarum
apostolicarum et omnium contentorum in eisdem iuxta ipsarum literarum continentie
seriem et tenorem procedere curaremus Nos igitur Nico-
laus decanus commissarius et executor prelibatus volentes
mandatis apostolicis nobis in hac parte commissis iuxta traditam seu directam
a sede apostolica nobis formam procedere et exequi ut tenemur de
imperiali auctoritate potestate ac facultate supramemorati domini Johannis
filii legitimi domini domini Odorici de Cusan legitimandi dispensandi et
habilitandi, ac de legitimatione dispensatione reductione et
habilitatione ipsius domine Francisce ac institutione per dictum Nobilem
supranominatum in suo ultimo testamento eiusdem Francisce sue filie in
quinta parte omnium suorum bonorum ultra legata et prelegata ~~per~~ per eum
in dicto suo ultimo testamento ipsi Francisce facta et de addicione bonorum
predictorum et hereditatis predicte partis ac assecutione possessionis ipsorum
bonorum et hereditatis legatorum et prelegatorum et aliis de quibus in
eisdem literis apostolicis premittitur mandato auctoritate apostolica nobis
in hac parte commissa inquisivimus et nos plene ac diligenter
instruximus et informavimus, et quia per diligentem informacionem
et sollertem inquisitionem per nos iuxta dictarum literarum apostolicarum
formam et tenorem factas invenimus eundem dominum Johannem
filium legitimum et heredem quondam domini Odorici de Cusan prenominati dicti
dictam auctoritatem potestatem et facultatem habuisse legitimandi et habilitandi
et ad iura legittima reducendi spurios bastardos et alios de
incestuoso et dampnato coitu procreatos eosque reducendi ad institutionem
bonorum et hereditatis paternorum et maternorum tam ex testamento quam ex intestato
provenientium ac ad omnia alia iura dignitates et honores ac si forent
de legittimo matrimonio procreati prout ex inspectione imperialis privilegii
super dictis potestate auctoritate et facultate dicto quondam domino Odorico et filiis suis
legittimis et heredibus in descensu linee masculine collatis patenter constitit
et coram Nobis per dictam dominam Franciscam producti plene conspeximus

et diligenter cognovimus, ipsamque dominam Johannam cum eadem Francisca super
natalium defectum quem patitur de coniugato genita et soluta ut eo
non obstante in omnibus parentum et agnatorum ac cognatorum suorum tam
ex testamento quam ab intestato nec non aliis hereditariis et pheudalibus
quibuscumque bonis succedere pariter posset et valeret ac si esset de legittimo
thoro nata dicto olim domino Nicolao eius patre consenciente vigore
sue imperialis auctoritatis dispensasse sicut in autentico instrumento super dictis
legittimacione et dispensacione confecto manu domini Aloysii notarii habitatoris in Civitate
Austrie et ab eadem Francisca coram nobis legittime producto plene
certificati fuimus et edocti, dictumque olim dominum Nicolaum in sua ultima
voluntate et testamento per eum condito eandem Franciscam suam filiam ultra
certis legatis et prelegatis per eum in dicto suo testamento sibi factis in quinta
parte omnium suorum bonorum heredem instituisse uti in instrumento testamenti edicto
per Nicolaum de Soldoneriis (?) [illegible] scripto manu domini Nicolai notarii filium
quondam [illegible] habitantis in Civitate Austrie coram nobis etiam actu per dictam
Franciscam producto plene legimus et vidimus contineri, eandemque Franciscam
ipsius testamenti et institucionis vigore subsequenter adivisse dicta bona et hereditatem
predicta parte ac dictorum bonorum legatorum ac prelegatorum huiusmodi possessionem
corporalem (?) pacifice assecutam ut patet per publica et autentica instrumenta
scripta manu Nicolai notarii Stephani coram nobis ad huiusmodi nostram
informacionem per ipsam Franciscam producta, auctoritate apostolica nobis in hac parte
commissa ad dicte domine Francisce instanciam habita super hiis matura deliberacione
pronunciavimus et declaravimus, tenore presentium pronunciamus et declaramus
eandem Franciscam bene et sufficienter probasse et docuisse et nos etiam instruxisse
ac informasse super omnibus et singulis in eius supplicacione contentis et in dictis
litteris apostolicis expressatis. Et propterea Nos Nicolaus antedictus commissarius
et executor prenominatus ad huiusmodi preces et instanciam prenominate Francisce
legittimacionem dispensacionem habilitacionem reductionem prefate Francisce institucionem super dictis
bonorumque predictorum et hereditatis predicta quinta parte ac legatorum et prelegatorum
possessionis assecucionem et omnia alia inde secuta auctoritate apostolica nobis
specialiter in hac parte commissa ex certa sciencia ^ Confirmamus et approbamus
^ et plenitudine potestatis

ac tenore presentium confirmamus et approbamus, ceterisque apostolice sedis
auctoritate addimus, eadem apostolica auctoritate supplentes omnem defectum siquis
intervenit in legitimationis habilitationis iustitie predictis ac legati et aliorum
et assertionum predictorum et inde secutis, decernentes easdem legitimationes dispensationes
restitutiones et omnia inde secuta perinde valuisse et valere ac si a principio
legitime facta forent. Et nichilominus ad habundantiorem cautelam
auctoritate apostolica predicta eundem Symonem ex coniugato et soluta
genitum coram nobis flexis genibus humiliter postulantem tenore
presentium ex certa scientia et plenitudine potestatis cuius fungimur opus sit de
novo legitimamus, reducimus et habilitamus ac cum eo dispensamus
ut in bonis et hereditatibus dicti olim Symonis sui patris, agnatorum
et cognatorum et aliis quibuscumque bonis tam hereditariis quam feudalibus
tam ex testamento quam ab intestato provenientibus et aliis quibuscumque bonis
succedere possit et valeat ac ad omnia alia iura legitima dignitates
honores officia et honores admitti possit et valeat ac si fuisset
de legitimo matrimonio procreatus, omnem labem geniture maculam
abolendo et abolemus, supponentes eum tenuisse indigitis meritis
tue deprecanti quemdam anulum aureum quem in nostris manibus
tunc habebamus in signum dicte legitimationis, defectu predicto constitutionibus
habebimus in signum dicte legitimationis, constitutionibus et aliis quibuscumque
apostolicis et legibus imperialibus ac statutis municipalibus et aliis contrariis
non obstantibus quibuscumque quibus in hac parte quatenus eius effectui consentit
totaliter derogamus. In quorum omnium testimonium
apostolica auctoritate ex certa nostra scientia ... totaliter derogamus. In quorum omnium testimonium
premissorum evidentiam fecimus presentes patentes litteras legitimationis
nostre ... fecimus per Alexium notarium infrascriptum et
fieri iussimus mandavimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Rome in Curia nostra in supra
nostra sigilli appensione muniri, datum et actum in domibus nostre residentie sub anno a nativitate domini nostri Yhesu Christi
domini nostre residentie sub anno a nativitate domini nostri yhesu christi
millesimo quadringentesimo vicesimo, die Mercurii decimo sexto mensis aprilis
in ... xx. ... presentibus et nobilibus viris domino Iohanne de Florentia doctore
... Burchardo de ... et ... de Bernardis de Curia ... Andrea de Romanis
doctoribus, ... Cristoforo Attaboni ... de Roma ... in Curia ... ac ... Curie ... et aliis pluribus testibus ad hec vocatis
Blasio ... de ... Curie ... et aliis pluribus testibus ad hec vocatis
et rogatis

Legitimatio dne Francisce filie
dni Nicolai de Boldonensis
auctoritate aplica facta.

Pieve di Pozzuolo.

1436, 26 agosto. Nella ch. di S. Cecilia di Pradamano.

Il Decano di Aquileja ordina che le rendite della Pieve di Pozzuolo siano devolute in vantaggio della Chiesa Metropolitana di Aquileja

1436, 4 Febb. Altro atto anteriore sul detto argomento.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino .. dei et Apostolice sedis gratia patriarche
Aquilegensi eiusque vicario et officiali in spiritualibus generalibus omnibusque aliis
et singulis quorum interest vel interesse poterit, quosque infrascriptum tangit negocium
seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur et
et quacumque prefulgeant dignitate coniunctim et separatim Jacobus Gervasii
decanus ecclesie Utinensis Aquilegensis diocesis iudex et executor unicus ad infrascripta
a sede apostolica specialiter deputatus Salutem in domino et mandatis nostris [...] fidem presentibus indubiam
adhibere. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia
pape Quarti cum cordula canapis vera bulla plumbea ipsius domini nostri pape more
Romane Curie impendentibus bullatas, sanas integras et illesas non viciatas non
cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes,
nobis per Egregium ac venerabiles viros dominos Philippum de Fontanellis in iure canonico
licenciatum decanum ecclesie Aquilegensis ac Mathiam de Pulcinicho etc Canonicos Aquilegenses
Syndicos et procuratores pro venerabili capitulo Aquilegensi, nomine dicte ecclesie Aquilegensis ad
infrascripta specialiter deputatos, et dominum Beltramum de Strasolde Canonicum et thesau-
rarium dicte ecclesie, in ipsis litteris Apostolicis specialiter nominatos coram notario publico et
testibus infrascriptis presentatas, nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse
huiusmodi sub tenore Eugenius episcopus servus servorum dei, dilecto filio .. decano
ecclesie Utinensis Aquilegensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis providentia
circumspecta ad ecclesiarum statum et commodum semper intenta etiam que fuere
provide tempore suo gesta, decursu temporis cursu reformat in melius prout suadentibus
causis rerum et temporum qualitate pensata salubriter conspicit expedire. Exhi-
bita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum .. decani et Capituli ecclesie Aquilegensis
petitio continebat, quod olim bone memorie Wolfkerus Patriarcha Aquilegensis
provide considerans quod Aquilegensis ecclesia in paramentis et ornamentis ecclesiasticis
ac aliis ad divinum cultum, ipsiusque ecclesie decorem et ornatum necessariis,
detrimenta non modica sustinebat, plebem de Fusol Aquilegensis diocesis cuius fructus
redditus et proventus ad vigintiquatuor marchas monete in partibus illis cur-
rentis valorem extimaverat annuatim cum omnibus suis iuribus et pertinentiis
universis ad opus paramentorum et ornamentorum huiusmodi, et pro illis acquirendis
ac emptis conservandis dilectorum filiorum Capituli dicte ecclesie ad id accedente consensu
concessit deputavit et assignavit volens necnon quod thesaurarius seu Ca-
merarius dicte ecclesie qui esset pro tempore, Octo Marchas pro laboribus et expensis
per eum in negotiis eiusdem ecclesie propterea faciendis pro se retentis, reliquas
Sexdecim Marchas dictis Capitulo ad opus huiusmodi consignaret, in usus alios
nullatenus convertendas. Et licet fructus redditus et proventus huiusmodi fuerint
domino benedicente, diligentia colonorum adaucti, quia tamen thesauraria dicte

(Left margin:) et illi vel illis ad quem vel ad quos in ecclesia Aquilegensi thesaurarie seu Cellarie provisio presentatio admissio seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet

(Left margin:) et [illegible]

(Right margin:) nostris immo verius apostolicis firmiter obedire

ecclesie ad manus aliquorum in illis partibus potentium laicorum fructus redditus et
proventus huiusmodi usurpantium pervenit ecclesia ipsa in ornamentis seu pa-
ramentis huiusmodi recepit modicum relevamen. Cum autem sicut eadem
petitio subiungebat dilectus filius Bertrandus de Strasoldo ecclesie
prefate thesaurarius ad effectum ornatus et decoris in dicta ecclesia conse-
quendum huiusmodi thesaurariam quam obtinet resignare, ac omni iuri sibi
in ea vel ad illam quomodolibet competenti cedere libere et sponte proponat, pro
parte dictorum decani et capituli asserentium thesaurariam ipsam simplex officium
in ecclesia ipsa et minus fructuosum existere, nobis fuit humiliter
supplicatum ut resignationem et cessionem huiusmodi admittere, ac thesau-
rariam ipsam supprimere et extinguere dictamque plebem, ac fru-
ctus et proventus huiusmodi, qui centum et viginti ducatorum auri secundum
communem extimationem valorem annuum ut ipsi decanus et capitulum
asserunt non excedunt ad opus paramentorum ornamentorum ac luminarie
et aliorum in eadem ecclesia circa divinum cultum necessariorum appropriare
et applicare, ac dicto Bertrando ne dispendium propter resignationem
huiusmodi nimium patiatur sexagintaquinque ducatorum similium super huiusmodi
fructibus redditibus et proventibus pensionem annuam constituere
et alias in et super premissis et statui dicte ecclesie oportune providere
de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui divinum cultum
debitis honore et reverentia cupimus celebrari et de premissis
certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, discre-
tioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de premissis et eorum circum-
stantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem
huiusmodi inveneris ita esse, dictumque Bertrandum resignationem et cessionem
huiusmodi in tuis manibus sponte et libere facere velle, illas auctoritate nostra
hac vice dumtaxat recipias et admittas, eisque per te receptis et admissis
thesaurariam ipsam, eiusque nomen et officium in dicta ecclesia auctoritate predicta
supprimas et extinguas, ipsamque plebem, eiusque ac illi annexorum fructus
redditus et proventus huiusmodi ad opus paramentorum et ornamentorum, ac decoris
et ornatus luminariaque et aliorum in dicta ecclesia ad divinum cultum
necessariorum, et pro illis acquirendis conservandis augendis et manutenendis
dumtaxat, et non in usum alium convertendis et exponendis appropries appli-
ces annectas deputes et assignes necnon dicto Bertrando super eisdem

fructibus redditibus et proventibus pensionem Sexaginta quinque ducatorum
huiusmodi sibi per abbatis decano et Capitulo ad gubernationem et administrationem
plebis et annexorum ac fructuum reddituum proventuum et iurium predictorum pro
tempore deputatum annis singulis loco et tempore ac sub penis et censuris de
quibus tibi videbitur ipsius Bertrandi ad hoc accedente consensu effectualiter
et integraliter solvi eidem Bertrando vel suis procuratoribus constitutas et assignes inducens per te vel
alium seu alios predictum et pro tempore existentem decanum et Capitulum huiusmodi
ad opus et utilitatem ac nomine operis huiusmodi et pro eo in corporalem possessionem
plebis annexorum iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductos
ac faciens per decanum et Capitulum deputato per eos huiusmodi de fructibus redditibus
iuribus et obventionibus plebis annexorum ad opus prefatum et eius nomine et pro eo
necnon Bertrando prefato de pensione huiusmodi promissis loco et tempore integre
responderi Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita
compescendo. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon
dicte ecclesie iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia ro-
boratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus
sibi faciendis de huiusmodi officiis in dicta ecclesia specialis vel aliis beneficiis
ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetraverint
etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet
sit processum quasquidem litteras et processus habitos per eosdem ad dictam thesaura-
riam volumus non extendi sed nullum per hoc eis quoad assecutionem
officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet privilegiis in-
dulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum
existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum
impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus
de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut quod
dictus Bertrandus ut asseritur in predicta et beate marie Ciuitatisaustrie
dicte diocesis ecclesiis Canonicatus et prebendas quorum fructus redditus et proventus
Quadraginta florenorum auri secundum dictam extimationem valorem annuum
non excedunt noscitur obtinere. Volumus autem quod predictus et pro tempore existens
decanus et Capitulum huiusmodi aliquam personam fide et facultatibus ydoneam per quam
ipsos decanum et Capitulum teneri volumus et efficaciter obligari ad gubernationem
administrationem et receptionem huiusmodi cum competenti salario per illam de

huiusmodi fructibus de licentia dictorum decani et capituli recipiendo
assumere constituere et deputare annis singulis studeant et
procurent, qui illis revolutis de habitis et receptis ac gestis
et administratis per ipsum, eisdem decano et capitulo, ipsisque decanus
et capitulum Patriarche Aquilegen., et eo absente Concordiensi
Episcopo pro tempore existentibus plenam et ydoneam cum restitutione integra
reliquorum ad opus huiusmodi et non aliter convertendorum teneatur et debeat
assignare et reddere rationem. Et insuper exnunc irritum decer-
nimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter
vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Bononie Anno
Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimotrigesimosexto
Quartodecimo Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Sexto. Post
quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem nobis et per
nos ut premittitur factas fuimus per prefatos dominos philippum de Fonta-
nellis et mathiam de pulcinello nomine quorum, et dominum Bertrandum de Stra-
soldo pro se et nomine suo, in ipsis litteris apostolicis principaliter nominatos, debita
cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum apostolicarum
et contentorum in eisdem procedere iuxta traditam seu directam a sede apostolica
nobis formam procedere dignaremur. Nos igitur Jacobus decanus
Judex et Executor prefatus volentes mandatum apostolicum nobis
in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur. habita prius per
nos diligenti a fidedignis personis informatione narrata pro parte dictorum
dominorum decani et capituli ecclesie Aquilegen. predicte ~~vera fuisse et esse~~, ut
in ipsis litteris apostolicis plenius continetur, vera fuisse et esse, ac prelibato coram
nobis constituto venerabili viro d. Bertrando de Strasoldo Thesaurario ecclesie
Aquilegen. prenominato Thesaurariam ipsam in manibus nostris sponte
et libere resignante atque cedente, dictam Thesaurariam auctoritate apostolica
nobis in hac parte commissa, ~~accepimus~~ recepimus et admisimus, eamque
receptam et admissam, eiusque nomen et officium in dicta Aquilegen. ecclesia
auctoritate predicta suppressimus et extinximus, ac plebem de puzelio pertinentiis
eiusque ac illi annexorum fructus redditus et proventus, ad opus et
utilitatem paramentorum et ornamentorum, ac decoris et ornatus
Luminariumque ac aliorum in dicta ecclesia ad divinum cultum necessariorum

et pro ipsis acquirendis conservandis augendis et manutenendis
dumtaxat, et non in usum alium convertendos et exponendos
appropriavimus applicavimus annexuimus deputavimus et assigna
vimus, necnon dicto domino Bertrando, ibi coram nobis personaliter constituto
volenti et petenti et ad hoc expresse consentienti, ne propter huiusmodi
resignationem et cessionem detrimentum pateretur, super eisdem
fructibus redditibus et proventibus annuam pensionem Sexaginta-
./ ut eis mutuo speciali ad hoc mandatum habenti quinque ducatorum sibi ./ per deputatum ab ipsis decano et Capitulo ad
gubernationem et administrationem plebis et annexorum, ac fructuum
redditum proventuum et iurium predictorum annis singulis in quolibet
festo Nativitatis domini nostri Iesu christi, Aquilegie aut in terra
Foriiulii ubicumque moram eundem d. Bertrandum trahere contigerit ^ auctoritate predicta
effectualiter et integraliter persolvendorum, reservavimus constituimus
et assignavimus ac per presentes reservamus constituimus et assignamus.
Ipsosque dominos philippum et mathiam dicto nomine per fimbriam vestimenti
nostri in manibus eorundem d. philippi et mathie positam, quorum in nobis cum admittentia
fuit et est in corporalem realem et actualem possessionem dicte plebis
et annexorum ac fructuum redditum proventuum iurium et pertinentiarum
predictorum induximus et investimus per presentes. Et nos quidem Sexaginta
quinque ducatos boni auri et iusti ponderis, dicta auctoritate ut premittitur
reservatos, ipsis d. decano et Capitulo vel eorum deputato, in virtute sancte obedientie,
et sub ~~excommunicationis sententie~~ excommunicationis pena districte precipimus et mandamus, quatenus infra
quindecim dierum spatium, quorum quinque pro primo quinque pro secundo et reliquos
quinque dies pro tertio ultimo et peremptorio termino, ac canonica monitione premissa
./ se aut eorum deputatum assignamus, dictam pensionem prefato d. Bertrando ut prius eius
fuerit requisiti integre et effectualiter in termino et loco predictis dictis annis
persolvisse et respondisse, Contrariis
per eos ipse coram nobis se sic convenerint, persolvisse et respondisse, Contrariis
quibuscumque non obstantibus, quod in presentis suus hic expressis dictus d. in ipsa
volunt non obstare, Insuper volumus et in virtute sancte obedientie et sub districte
excommunicationis pena districte precipimus et mandamus. Quatenus prefatus d.
decanus et Capitulum huiusmodi constituat et deputet ^ personam ydoneam et

^ annis singulis.

sufficientem per quam ipsi domini Decanus et Capitulum efficaciter sunt
obligati ad gubernationem administrationem et perceptionem
huiusmodi fructuum ac annexorum cum competenti salario pro merce-
de laboris de huiusmodi fructibus percipiendo, que persona elapsis et revolutis ipsis
annis debitis et receptis ac gestis et administratis per
ipsam dictis dominis Decano et Capitulo ipsisque domini Decanus et
Capitulum Reverendissimo patri Aquilegiensi et eo absente Reverendo
Episcopo Concordiensi pro tempore existentibus plenam et ydoneam cum
restitutione integra reliquorum ad huiusmodi opus et utilitatem
et non aliter gubernandorum tenentur et debeant assignare
et reddere rationem, omniaque alia et singula in premissis et circa premissa faciat cum effectum quod prefatus dominus noster in suis litteris apostolicis fieri mandavit et voluit. Que omnia et singula supra et infrascripta, necnon
predictas litteras apostolicas et hunc nostrum processum, ac omnia et singula in
eis contenta vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet, ac
aliis quorum interest vel interesse poterit communiter et divisim intimamus
insinuamus et notificamus, ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam
deducimus et deduci volumus per presentes. Et nihilominus vos omnes et singulos
supradictos et vestrum quemlibet et ceteros quorum interest vel interesse poterit
quemlibet in solidum tenore presentium requirimus et monemus primo secundo tertio
et peremptorie, vobisque et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie
et sub infrascriptis sententiarum penis districte precipiendo mandamus, quatenus infra
sex dierum spatium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu
alteri vestrum factam, et postquam pro parte predictorum dominorum Decani et Capituli
vigore presentium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentium,
Quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies
vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino, ac canonica mo-
nitione premissa assignamus, prefatos dominos Decanum et Capitulum, vel eorum
procuratorem eorum nomine et pro eis in corporalem et realem et actualem possessionem
dicte plebis de Pulzol et annexorum, iuriumque et pertinentiarum predictorum,
absque contradictione recipiatis inducatis et admittatis, ac recipi induci
et admitti ut moris est faciatis, inductosque defendatis, et que ut eorum
procuratori de ipsis plebis et annexorum fructibus redditibus proventibus iuribus
et obventionibus universis prout ad vos communiter vel divisim spectat et pertinet

respondentes, et faciatis ab aliis ~~cedere~~ quantum in vobis fuerit plenarie
responderi, amotis exinde quibuscumque illicitis detentoribus, quos nos etiam
amovemus et decernimus amotos. Quod si forte premissa omnia et singula non
adimpleveritis, aut aliquid in contrarium feceritis, seu eosdem d. decanum
et capitulum vel eorum procuratorem quovis nomine super premissis in aliquo impedientibus
aut impedientibus huiusmodi dederitis auxilium consilium vel favorem publice vel occulte
directe vel indirecte quovis quesito colore, nos in vos et eos ac contradictores
contradictores in hac parte atque rebelles, cuiuscumque status gradus ordinis vel
condicionis existerent, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc dicta canonica
monitione premissa singulariter in singulos excommunicationis, in capitula vero et collegia
in his delinquentia suspensionis a divinis, et in ipsarum plebium et ecclesiarum
eorundem ecclesias interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis et etiam promulgamus.
Vobis vero reverendo domino .. patriarche Aquilegiensi, cui ob reverentiam vestre patriarchalis
dignitatis in hac parte duximus deferendum, si contra premissa vel aliquid premissorum
feceritis per vos vel submissam personam exnunc prout extunc et extunc prout exnunc
dicta sex dierum canonica monitione premissa, ingressum ecclesie interdicimus in his scriptis,
si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos
exnunc prout extunc eadem canonica monitione premissa suspendimus a divinis.
Verum si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos
duodecim dies immediate sequentes animo quod absit sustinueritis indurato, vos exnunc
prout extunc et extunc prout exnunc simili canonica monitione premissa in his scriptis
excommunicationis sententia innodamus. Ceterum cum ad executionem premissorum ulterius
faciendam nequeamus pluribus interesse aliis prepediti negotiis, universis et singulis
dominis Abbatibus Prioribus Prepositis decanis Archidiaconis Scolasticis Can-
toribus Thesaurariis tam Cathedralium quam Collegiatarum ecclesiarum parochialium
ecclesiarum Rectoribus et locatenentibus eorundem plebanis curatis et non curatis
vicariis perpetuis presbiteris clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem
et diocesim Aquilegiensem ac alibi ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum super
ulteriori executione huiusmodi mandati apostolici atque nostri facienda, tenore presentium committimus
plenarie vices nostras, donec eas ad nos duximus revocandas, quos et eorum
quemlibet harum serie requirimus et monemus primo secundo tertio et peremptorie commu-
niter et divisim, ipsisque nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis
pena, quam in ipsos et eorum quemlibet dicta sex dierum canonica monitione
premissa, nisi fecerint que eis in hac parte mandamus, ferimus in his scriptis districte
precipiendo mandantes, quatenus ipsi et eorum quilibet qui super hoc fuerit requisiti

seu fuerit requisitus. Ita tamen quod in his exequendis unus alium non expectet
nec alter pro altero se excuset, ad vos dominum Patriarcham Aquilegiensem si necesse
fuerit omnesque alios et singulos et ad prefatam ecclesiam et plebem de Pinzolio
aliasque personas et loca de quibus, ubi, quando, quotiens et quemadmodum
eis aut eorum alteri visum fuerit expedire accedant seu accedat, dictasque
litteras apostolicas et hunc nostrum processum, ac omnia et singula in eis contenta, et
quascumque scripturas alias pro negotio continentes vobis omnibus et singulis
supradictis communiter et divisim legant, intiment et notificent, ac legi, intimari
notificari et fideliter publicari faciant et procurent, seu faciat et procuret, ac pre-
fatos dominos dicto nomine vel eorum procuratorem in et ad corporalem, realem et
actualem possessionem dicte plebis, annexorum ~~[illegible]~~ iuriumque et pertinentiarum
predictorum inducant, seu alter eorum inducat, et inductos recipi et admitti faciant
et procurent, seu alter eorum faciat et procuret, inductosque defendant seu de-
fendat, ipsisque dominis Decano et Capitulo dicto nomine vel eorum procuratori de ipsius
plebis et annexorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus
universis integre respondeant, et ab aliis plenarie iuxta dictarum litterarum
et processus nostri huiusmodi continentiam responderi faciant et procurent, seu alter
eorum faciat et procuret. Et generaliter omnia alia et singula nobis in hac parte
commissa plenarie exequantur, iuxta traditam seu directam a Sede apostolica nobis
formam et seriem presentis nostri processus, continentiam et tenorem. Ita tamen quod
ipsi subdelegati nostri, vel eorum alter, nihil in preiudicium dictorum dominorum de-
cani et Capituli, aut iurium eorum valeat attemptare, nec contra sententias nostras
absolvendo vel suspendendo aliquid immutare. Et si contingat nos super premissis
vel aliquo premissorum in aliquo procedere de quo nobis potestatem omnimodam re-
servamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare
nisi de revocatione ipsa specialem et expressam in litteris nostris fecerimus mentionem.
Prefatas tamen litteras apostolicas et hunc nostrum processum volumus penes prefatos dominos
Decanum et Capitulum, ac dominum Bertrandum procuratorem in eo quod eum tangit, rema-
nere, et non per vos aut aliquem vestrum aut quemvis alium contra ipsorum dominorum
decani et Capituli atque Bertrandi vel eorum procuratoris voluntatem quomodolibet
detineri. Contrarium vero facientes prefatis nostris sententiis per nos sic latis
ipso facto volumus subiacere. Absolutionem vero omnium et singulorum qui prefatas
nostras sententias aut earum aliquam incurrerint, nobis et superioribus nostris tantummodo
reservamus. Mandamus tamen vobis copiam fieri de premissis si eam habere

voluntatis, iuris quibuscumque sumptibus et expensis. In quorum omnium
et singulorum fidem robur et testimonium premissorum presentes litteras sive
presens publicum instrumentum, huiusmodi nostrum processum in se continentes sive continens
exinde fieri, et per notarium publicum et scribam nostrum infrascriptum scribi et
publicari, sigillique capituli utinensis dicte diocesis iussimus appensione muniri.
Datum et actum in ecclesia sancte Cecilie de predemano dicte Aquilegiensis
diocesis sub Anno a Nativitate domini Millesimoquadringentesimo
trigesimosexto Indictione Quartadecima die vero dominica vigesimasexta
mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini
Eugenii divina providentia pape Quarti Anno Sexto, presentibus
ibidem venerabili viro domino presbytero Bartholomeo de Caliglio vicario beneficiato
in ipsa ecclesia sancte Cecilie de predemano, ac Nobilibus et discretis viris
ser Johanne Antonio quondam ser pasculi de utino, ser Paulo nepote prefati
domini Jacobi Gervasii de utino, ser Monte quondam ser Vidussii de utino, Toma-
do quondam Conciani de Folletto, his quatuor utini habitantibus, et ser
Dimo notario quondam petri de predemano predicto Cive et habitatore Civi-
tatis Austrie Aquilegiensis diocesis predicte, testibus ad premissa vocatis
habitis et rogatis/

Et ego Baptista quondam Clarutis de Longera de Venzono clericus Aquilegiensis diocesis
publicus Imperiali auctoritate notarius, quia dictarum litterarum apostolicarum presentationi et recep-
tioni, requisitioni, resignationi et admissioni, extinctioni, deputationi, in-
ductioni, annue pensionis reservationi et assignationi, monitionibus et mandatis
requisitionibus sententiarum et censurarum promulgationibus, et subdelegationibus
ceterisque aliis et singulis dum sic ut premittitur per dictum dominum Executorem
agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens fui, eaque omnia
et coram eo agerentur et fierent, vidi et audivi et in notam propriam recepi, Et ideo
et singula sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi, Et ideo
hoc presens publicum instrumentum in se presentem processum continens exinde confeci et manu
propria scripsi atque in hanc publicam formam redegi signoque nomine meis appositis
consuetis una cum dicti sigilli appensione de ipsius domini Executoris mandato
signavi rogatus et requisitus in fidem robur et testimonium omnium premissorum.

1436. [illegible] Fabr. Aquilej. Sentenza compromissaria nelle questioni
tra il Capitolo d'Aquileja ed il suo tesoriere per le rendite attribuite
alla luminaria di questa Chiesa

In Xpi nomine Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimoquadrin
gentesimotricesimosexto Ind. Quartadecima die uero Sabbati Quarto mensis
februarii Pontificatus Sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini Eugenii diuina
providentia pape Quarti Anno Quinto. Actum Aquilegie sub Lobio Capituli
ecclesie Aquilegen. presentibus venerabilibus viris dominis Panthaleone filio Ser
Antonii de Utino Vicario in dicta ecclesia Aquilegen. ad presbendam dominorum Comitum
de Goricia. Leone dyacono filio ser Henrici de Venet. Mansionario ecclesie Aquilegen.
iacinto discreto viro ser Baptista quondam ser Maza de Venet. Cancellario communis Ciuitatis
Aquilegie ibidem habitantibus. ac Jacobo quondam Johannis Mariani de Cremonis, et Nicolao
quondam Venerii de Cremonis habitantibus in dicto Cremonis de Carnea Aquilegen. diocesis
testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis. Ibique venerabiles viri domini
Johannes Dardanii de Mediolano tunc vicedecanus. Mathias de Pulzinicho
Guarnerius de Porcilis et Leonardus de Fontanellis omnes presbiteri, ecclesie Aquilegen.
predicte Canonici presbendati ibidem pro istis peragendis in capitulo et pro capitulo ipsius
ecclesie solemniter congregati totum capitulum facientes et representantes et qui ipsum
Capitulum facere et representare poterant et possunt vocatis omnibus euocandis
et qui voluerunt et potuerunt commode ipsi capitulo interesse nomine vice et nomine
communi ecclesie Aquileg. predicte agentes et se defendentes ex parte vna. et venerabilis
vir dominus Beltrandus de Strassoldo Canonicus et thesaurarius ecclesie Aquilegen.
predicte suo nomine agens et se deffendens ex alia parte. de et super omnibus lite
causa questione et differentia. ac litibus causis questionibus et differentiis que verte
rentur et essent seu verti possent et sperarentur esse ac sperari. inter ipsas partes
quibuscumque nominibus nomine causa et occasione fructuum redditiuum et prouentuum et
oblationum omnium quomolibet prouenientium spectantium et pertinentium ad luminariam
dicte ecclesie Aquilegen. ac eiusdem administrationis ac etiam omnium et sin
gulorum fructuum redditiuum prouentuum et obuentionum ad plebem de Puzolio
quomodocumque et qualitercumque spectantium et pertinentium et eiusdem administrationis.
Necnon de omnibus aliis litibus causis questionibus et differentiis quibuscumque
que inter ipsas partes verterentur seu verti possent tam pro nomine causa et occasione
predictis quam aliis quibuscumque. Et generaliter de omni eo quod vna pars alteri et
altera alteri dicere seu petere posset usque ad diem presentis compromissi
cum omnibus et singulis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis
eorum et condicentes se compromiserunt in egregios et venerabiles viros dominos
philyppum de fontanellis in iure Canonico licentiatum decanum Aquilegen. et An
tonium de Coloreto Canonicum Aquilegen. ac Johannem de Zucho Canonicum Aquilegen.
et Nobilem virum ser Nicolaum filium Nobilis viri ser Antonii quondam ser Pizani
de Strassoldo laycum Aquilegen. diocesis tamquam in eorum arbitros arbitratores et
amicabiles compositores. Dantes concedentes et attribuentes dicte partes dictis nostris

ipsis arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus auctoritatem potestatem
et bayliam omnimodam in predictis et quolibet predictorum finiendi mandandi
arbitrandi declarandi pronunciandi promulgandi et diffiniendi alte et
basse de facto amicabiliter et de iure laborerius et in scriptis sedendo et stando
diebus feriatis et non feriatis tam introductis ad honorem dei et sanctorum
eius quam aliis quibuscumque renuntiantes expresse quod legem [illegible]
pro quod a citatis et partibus per compromisso ac laudo arbitrio et sententia inde ferendis. | simul et plures
~~modo aliquo possit se differendo vel tacendo~~ partibus presentibus vel non presentibus
vocatis tamen et monitis ad audiendum dictum arbitrium laudum compositionem
ordinationem ac sententiam et quidquid super premissis et quolibet premissorum predicti
domini arbitri arbitratores et amicabiles compositores duxerint faciendum, hic
et deinde quomodocumque qualitercumque et quandocumque, absque alicuius termini sive
temporis intervallo assignato eis videbitur et placebit. Ita tamen quod ipsi quatuor
sive tres ex dictis arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus in pronunciando
dictum arbitrium laudum et sententiam concordes existant, et quatenus dictum ulterius
sit roboris vel firmitatis. Promiserunt quoque partes predicte dominus Riccardus et Comune
quo supra nomine pro se et successoribus suis, et dominus Beltrandus pro se et suo nomine
ac convenerunt vicissim alter alteri ~~et quilibet eorum~~ quod acceptabunt acceptum ipsi domini Riccardus et Comune et Beltrandus et quilibet eorum
ratificabunt et emologabunt, ac ratum et firmum habebunt arbitrium
laudum sententiam compositionem ordinationem et quidquid super premissis et quolibet
premissorum predicti domini arbitri arbitratores et amicabiles compositores duxerint
faciendum, et illa que per predictos dominos arbitros arbitratores et amicabiles
compositores tamen secundum formam presentis compromissi vel aliter facta et dicta seu ordinata
arbitrata et composita fuerint super premissis vel aliquo premissorum, a sententia
pronunciatione vel arbitrio aut ordinatione faciendis nullatenus appellabunt
vel reclamabunt, nec super illis vel eorum aliquo recurrent ad arbitrium
boni viri, nec ea petent reduci seu moderari renuntiantes expresse
omnibus iuribus et legibus canonicis et civilibus per que seu quas contra predicta
vel infra venire possent. Sed pro parte ipse complebunt tenebunt et firmiter
observabunt et non facient venient sive dicent per se vel alium seu alios
directe vel indirecte aliquo iure scripto vel non scripto dolo ingenio ingra-
tiendo sive causa de iure vel de facto sub pena centum marcharum ~~centum~~
polidorum argenti monete Cenete, in singulis partibus infrascriptis capitulis suprascriptis atque
premissis totiens exigenda quotiens fuerit contrafactum, et cum. Cuius pene, medietas
dictis arbitris, alia medietas parti observanti arbitrium per partem non observantem
integre persolvatur. Qua pena soluta vel non presentibus nichilominus compromissum
et laudum arbitrium sententia compositio et ordinatio ac omnia et singula in eis compromissi, ferendi dicti, ferenda
contenta perpetuam semper obtineant firmitatem. Pro quibus omnibus attendendis
et firmiter observandis, partes predicte vicissim sibi obligaverunt omnia eorum bona
mobilia et immobilia presentia et futura

Unde prefati domini Philippus de Fontanellis decanus, Antonius de
Colorito, Johannes de Zucho Canonici ecclesie Aquilegensis predicte et frater Nicolaus de
Strassoldo electi arbitri arbitratores et amicabiles compositores de et — cont. et concordia et aprobatio compositionis
super hac causa questione et lite que vertebatur et erat inter ipsas partes
nunc causa et occasione fructuum redditum et proventuum, ac etiam oblationum
omnium quocumque modo provenientium spectantium et pertinentium ad luminariam
dicte ecclesie Aquilegensis, necnon fructuum redditum et proventuum ad plebem — Camere dicte Aquilegensis ecclesie
de Pirzolio, quomodocumque et qualitercumque spectantium et pertinentium et eorum admini- — venitam
strationis, et de et super omnibus aliis litibus causis questionibus et dependentiis ac etiam contro-
versiis quibuscumque occasionibus inter ipsas partes vertentibus prout superius in compromisso
ab eis comuniter facto plenius continetur, habita deliberatione sollempni, auditis
et intellectis omnibus que super questione predicta dicere et allegare voluerunt,
et utriusque partis diligenter investigata et cognita voluntate et voluntate
pro bono pacis utriusque concordie expligate compromisso predicto in eos facto,
partibus dictis presentibus, et laudum arbitrium sive sententiam super premissis instanter
ferri petentibus, Christi nomine invocato quod cum nullum certe recte procedit
iudicium, de eorum voluntate ipsarum partium arbitrati sunt, promulgaverunt senten-
tiaverunt mandaverunt et diffinierunt. quod prefatus dominus Beltrandus
sponte et libere resignare teneatur per se vel procuratorem suum ad hoc legiptime constitutum
ad instantiam et requisitionem venerabilium dominorum decani Canonicorum et Capituli ecclesie
Aquilegensis predicte quandocumque per prefatos dominos decanum Canonicos et Capitulum super huiusmodi
resignatione ipse dominus Beltrandus fuerit requisitus absque conditione aliqua sponte
omne ius actionem et administrationem quod et quam habet seu habere videtur et oblationum
tam in administratione fructuum redditum et proventuum spectantium et pertinentium
ad thesaurariam et luminariam ecclesie predicte nomine Camere ecclesie Aquilegensis predicte
quam fructuum redditum proventuum et obventionum omnium spectantium et pertinentium
ad plebem de Pirzolio, dicte Camere ecclesie Aquilegensis unitam et annexam in manibus
domini nostri pape vel cuiuscumque alterius ad hoc facultatem habentis. et quod expirante ipso tempore fructuum redditum et proventuum administratio pleno iure spectet
Capitulum Aquilegense predictum teneantur suis sumptibus et expensis facere expediri et pertineat ad capitulum predictum nomine dicte
quod iste R. D. Cardinalis et Patriarcha, ac aliquis suo, vel eorum, nec successorum nomine, directe, vel indirecte, vel aliquo quaesito colore de illis, et in illis ullo modo impediet in temporalibus, et quod etiam de illis, et in illis, quo ad temporalia impedire non possit, quaequidem omnia, et singula supra scripta solemni stipulatione promiserunt praedictae partes dictis modis, et nominibus, sibi ad invicem singula singulis congrue referendo, et nobis infrascriptis, ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice, et nomine omnium et singulorum

quorum interest, vel interesse poterit in fut. firma rata, et grata perpetuo habere, et tenere, et inviolabiliter observare, et adimplere, et nunquam contrafacere, dicere, vel venire, de iure, vel de facto per se vel per alium, seu alios directe, vel indirecte, tacite vel expresse quovis modo causa, vel ingenio, vel aliquo quaesito colore; sub pena viginti quinque millium ducatorum auri, solemni stipulatione promissa cum refectione omnium, et singulorum damnorum, et expensarum litis, et extra, ac interesse in quam penam incidat pars illa, quae contrafecerit, et praedicta integraliter non observaverit, et ab ipso contrafaciente exigi possit, et debeat, et applicari parti observanti contra quam, esset contrafactum, et pena soluta vel non, nihilominus praedicta omnia, et singula firma perdurent, et inviolabiliter observentur, renuntiantes partes praedictae, et quaelibet earum in praedictis omnibus et singulis exceptioni non sic, vel aliter celebrati contractus non, sic vel aliter, factorum capitulorum conventionum praedictarum. Exceptioni doli mali conditioni sine causa, vel ex iniusta causa in factum actioni, et exceptioni, quod metus causa Privilegio fori, et omni, et cuilibet alij legum, et constitutionum auxilio eisdem, quomodolibet competenti, vel competituro, et legi dicenti generalem Renunciationem non valere, sub hippotheca, et obligatione omnium bonorum praesentium, et futurorum praedictarum partium, et cuiusl.

et cuiuslibet earum, Iurantes partes praedictae
ad sancta Dei Evangelia manutactis scripturis
in animam constituentium suorum omnia, et singula
infrascripta observare, et adimplere, ac observari, et
adimpleri facere bona fide, et sine fraude. Ad
haec autem omnia et singula praedicta venerabiles
viri ... Joannes de Zucho vicedecanus Ecclesiae
Aquileien. et Guarnerius de Sirnea Canonicus
eiusdem Ecclesiae servatis prius, et celebratis
aliquibus actibus, et solemnitatibus, sicut de Iure
requiritur yconomi, sindici, et Procuratores constituti
a Capitulo praedictae Ecclesiae Aquileiensis, prout
de praedictis omnibus plene constat publico instru
cripto manu Venerabilis viri Domini [illegible]
Canonici Aquileiensis publici Imperialis Notarij
sub millesimo, indictione, et diebus in ipso instru
mento particulariter contentis, a nobis notarijs
infrascriptis viso, et lecto, intervenerunt, ac vice,
et nomine ipsius Capituli Aquileiensis, omni meliori
modo, via, iure, et forma, quibus potuerunt, et
possunt, tam de iure, quam de consuetudine
supradictae Transactioni, Concordio, et compositioni pro
maiori eius robore, suum assensum, consensum, et
authoritatem, suam, et dicti Capituli interposuerunt,
et de novo libere, sponte, et ex certa scientia actu

aliter, et plenariter interposuerunt cum omnibus obli:
gationibus, pactis, renunciationibus, et aliis sufficien
iurarunt in animas suas, et constituentium praedictorum
omnia, et singula suprascripta observare, et adimplere
bona fide, et sine fraude. Item promisit praefatus
d(omi)nus Prothonotarius quod R(everendissi)mus Cardinalis et
Patriarcha praedicta omnia, et singula ratificabit
et approbabit, infra unum mensem, a die quo
praemissa ad suam notitiam pervenerint, commissa
per suas patentes literas, aut publicum instru:
mentum, alioquin praesens Contractus nullius sit
roboris vel momenti, voluerunt etiam et mandaverunt
et rogaverunt partes praedictae, et quilibet earum
de praedictis omnibus, et singulis per me Petrum
ortio, et alios notarios publicos infrascriptos,
et quemlibet nostrum debere confici una, et
plura instrumenta eiusdem substantiae, et tenoris
prout fuerit opportunum etc. Actum Venetiis
in domibus Monasterii sanctae Mariae Cruciferorum
Praesentibus Reverendo in Christo Patre domino
Martino ~~Archiepiscopo~~ Archiepiscopo Corficensi, ac
Venerandis et Religiosis viris d(omi)no Petro Boldu
sanctae Mariae de Carceribus Priore ordinis Camal:
dulensis, et fratre Iacobo de Capriolo priore Domus
Sancti Christofori de Muriano ordinis heremitarum

S. Augustini

s.ti Augustini, et fratre Mauro Monasterij sancti
... Macij de Murano dicti ordinis Camald...
et fratre Luca de Pa. dicti ordinis servorum
s.ti Augustini, ac d.no Petro Baduario q. d.ni
Jeronimi, ac d.no Andrea de Turicellis de foro
... Jur. Ut. doc. ac d.no Andrea ... de
... testibus ad premissa vocatis specialiter
atque rogatis etc.

Ex L.o G. ad c. 61

Josephus Oliva Not. Veneti Collegiatus ex alio
consimili exemplo generis et existenti requisitus
extrahi feci et me subscripsi in fidem cum solito
signo

Transazione fra il Dominio Veneto e il Patriarca di Aquileja

1445. 18 giugno –

Procuratore del cardinale e Patr. Lodovico Mezzarota Giovanni di Reate Protonotario ~~a per Venezia~~ domandò ripetutamente restituzione dei beni e luoghi ~~temporali~~ del Patriarcato – Venezia diceva non esser obbligata a restituire ^ avendoli ~~tenendoli~~ giustamente e legittimamente acquistato, mentre il Re de' Romani avevagli ingiustamente ~~indotto~~ mossa guerra solo col favore ed aiuto del Patriarca, e di tutta la chiesa e Patria; e perciò giustamente tenevalo come proprio ~~per ris~~ a risarcimento del proprio territorio ingiustamente invaso., che se per benignità volesse venderlo, fosse prima soddisfatto il danno interesse e spese –

Veneziani in breve impadronirsi del ~~Friuli~~ Patriarcato non contradicente Romano Pontifice – giusto quindi l'acquisto – che se per benevolenza al Cardinal Patr. volessero restituire prima si pagasse a Venezia danni interessi e spese che eccedono 300 mille ducati

Procuratori per i Veneziani e Doge Francesco Foscari Marco Foscari Procuratore di S. Marco e ~~Lodovico~~ Luigi Foscarini dottore ~~in~~ –

~~Patriarca propone~~

1. Venezia accetta il Mezzarota in Patriarca Aquil., lo difenderà e manterrà come amico – il patr. promette amicizia benevolenza e carità e difesa del dom. veneto contro chiunque nella Patria – abbia il Pat piena giurisdiz. spirituale, e l'obbedienza nel spirituale, ed acciò possa il Patr. godere ~~questa~~ ed usare questa giurisdiz. non badando a altre leggi fatte, il Ser. Ven. ~~vede~~ concede ~~al Sacto~~ al detto Patr. ~~il reddito~~

Altri la città di Aquileja e le castelli terre di S. Vito e S. Daniele coi loro territori, sudditi, col mero e misto impero ed ogni dominio temporale, eccetto i feudi e la loro collazione — in modo che i sudditi di essi castelli fieno compensati nei 5 mille ducati d'oro che annualmente la Rep. pagherà al Pat. per tutti gli altri luoghi che a lei rimangono

Intervennero e assentirono, come procuratori del Capit. Aquil. Giovanni di Zacco vicedecano e Guarnerio d'Artegna canonico.

Fatto in Venezia nel monastero di S. Maria de' Crociferi

Arch. XV / 35

Transazione 18 Giugno 1445

fra la Rep. Veneta e il Patr. d' Aquileja

Ex. [illegible] Ex antiquo Exemplari servato in Archivis Mag.ce Communitatis Sacilli scripto manu D.ni Eugenii Zane olim Not.s Coll.ti ac Cancell.ri Mag.ci Consilii, sic incipiente.

Instrumentum Compositionis, Concordie, Transactionis Capitulorum, Conventionum, et pactorum inter Ill.mum Duc. Dominium Venet. ex parte ex una, et Rev.mum D.num Patriarcham Aquilegiensem ex parte altera occasione Patriarchatus, et pro, ac super ipso Patriarchatu Aquilegiensi.

In Christi Nomine amen. Anno Nativitatis ejusdem Mill.o Quadringentesimo Quadragesimo Quinto, Ind.e Octava, mensis Junii Die Decimooctavo.

1445.
18. Giugno.

Pateat omnibus hoc Publicum Instrumentum inspecturis: quod quanti hoc sit. Quod Rev.mus in Christo Pater, et D.nus D.nus Ludovicus miseratione Divina Tituli S.cti Laurentii in Damaso Presbiter Cardinalis, et Patriarcha Aquilegiensis, ac SS.mi D.ni Nostri Papae Camerarius olim tam per Litteras proprias, quam per nonnullos Nuntios suos, ac etiam particulariter hic existens Legatus de Latere Sancte Sedis Apostolice, et prefacti Sanctissimi Domini Nostri plures requisiverit, et novissime per Rev.dum in Christo Patrem D.num Joannem de Reate ejus Sedis Prothonotarium, et ipsius D.ni Patriarche Procuratorem, Sindicum, et Nuntium spetialem: ut de ejus mandato patentibus Litteris dicti Rev.mi D.ni Cardinalis, et Patriarche cum suo magno Sigillo sigillatis datis Rome apud Sanctum Laurentium in Damaso Anno Domini 1445. Ind.e 8. Die 6. mensis Martii a nobis Notariis infrascriptis visis, et lectis plene constat instantissime requirat Ill.mum Duc.e Dominium Venet. ut ipsi Rev.mo Cardinali et Patriarche tanquam Patriarche Aquilegiensi ac pro suo Patriarchatu det, restituat, et assignet Civitates, Terras, Oppida, Castra, Loca, et Bona, que ipsum Ill.mum Duc. Dominium diu tenuit, et hodie tenet, et possidet de Bonis dicti Patriarchatus. Ex adverso pro parte ipsius Ill.mi Dominii diceretur et dicatur, quod illas, et illa non tenetur restituere, quum per ipsum juste, ac legitime acquisita sint. Nam cum injuste per Invictissimum tunc Romanorum Regem fuisset inductum bellum ipsi Ill.mo Dominio cum favore et auxilio Patriarche Aquilegiensis, et totius Ecclesie, ac Patrie Aquilegiensis, equum et justum fuit ipsi Dominio bona injuste ipsa invadentium sua propria facere, et acquirere, et demum tanquam propria retinere: et si vellet ex

benignitate

benignitate prędicta restituere, justum esse ei prius satisfieri debere de damnis receptis, ac interesse, et expensis omnibus per ipsum Illmum Dominium legitime passis, et factis tam in deffendendo Loca propria invasa, et lacessita a q.m prędicto Romanorum Rege, et q.m Ludovico Patriarcha, et Ecclesia Aquilegiensi, et ab aliis supradictis iniuste, ac indebite, quam etiam in capiendo bona antedicta pro necessaria deffensione ipsius Illmi Dominii, et suorum Locorum de manibus ipsius q.m Ludovici Patriarchę, et aliorum iniuste, et indebite dictum Dominium in Terris, et Locis propriis inquietantium. Nam prefactus Ludovicus q.m Patriarcha, et Dux Bech detinens prędicta bona benivole, et amice, ut vicinus, et finitimus decet, tractans, nulla cum ad hoc justa ratione cogente contra omne naturalis, ac civilis Justitię debitum, et contra honestatem, et ritum ecclesiasticum accersitis, et admissis non semel, sed pluries, ac diversis vicibus magnis, et potentissimis exercitibus prefacti Regis, ac Panorum, Germanorum, ceterorumque omnium, qui Veneto Nomini tunc inimici, et infesti erant, nedum his adiutoribus, sed solus etiam Venetorum Territoria, ac eorum subditos pleruumque invasit, et invadentibus quibuscunque, vel invadere volentibus, vel quomodocunque offendere dictum Illmum Dominium, et eius Civitates, Oppida, Loca, et subditos semper aditum, consilium, auxilium, et favorem prestitit, et se cum illis adiunxit una cum omni Patria, et Ecclesia supradicta. Quibus ex rebus plurima Loca dicti Dominii capta incendiis, ruinis, predis, rapinisque exposita, et devastata fuere cum maxima suorum subditorum cęde, et miseranda membrorum mutilatione: Adeo quod temporibus illis nullus Venetorum Locus Patrię Forijulii finitimus satis tutus poterat judicari, sed suspitionis, timoris, mestitię, ac cladis tam publice, quam privatę omnia videbantur: Nec cum dura, et accerbissima ipsi Illmo Dominio Venetiarum magnopere essent, nec pro eorum dignitate, ac vetusta in subditos fide, et singulari benivolentia tollerari deberetur, Romanorum tunc Pontificem per Litteras, et Oratores suos requisivere: Ut ipse, prout juris erat, dictum Patriarcham a tam temerariis, et diuturnis ausis revocare, et compescere: Qui Romanorum Pontifex hac de causa misso Dno Cardinale Hispano, nollentibus eī

dicta

dicto Patriarcha, et Ecclesia, et Compatriotis obedire, tantæ, tamque neces=
sariæ rei post hoc legittime, satisque opportune minime providit: Quas ob
res, quum nihil aliud relictum esset, nisi vim vi repellere, ut sua, et
subditorum suorum bona tuerentur, ac tantos hostiles impetus, et frequen=
tes, et diuturnas iniurias iniuste illatas propulsarent: Exercitum contra
dictum Patriarcham, et Patriarchalem Patriam, quam tenebat, et cum
qua, et ex qua ipsum Illmum Dominium totiens offenderat, paraverunt:
Quo factum est, ut favente Deo, et justitia Patria Forijulii in eorum diti=
onem brevi tempore, non contradicente Romano Pontifice, devenerit: Quæ
cum ita juste, et legittime acquisita sint, Illmum Dominium Venet. satis
clare intelligit nemini de jure per ipsum debere restitui: Si qua tamen
in predictis restituendis humanitate in Revmum Dnum Cardinalem
Patriarcham, aut eorum solita in Romanam Ecclesiam devotione uti
vellent: nemo est, qui non intelligat, ipsi Illmo Dominio saltem prius
refici debere damna, interesse, et expensas, quæ summam Ducatorum
Trecentorum millia excedunt. His etiam merito adiungi potest, quod
ipsum Illmum Dominium Venet. hæc loca maximis sumptibus semper
deffensavit, et hodie deffendit adversus eos, qui contra Sanctam Romanam
Ecclesiam, et Beatissimum Dnum Dnum Eugenium Papam quartum
adversa Altaria erexerunt, et sacrilegum Scisma in Dei Ecclesiam intro=
duxerunt, et adhuc turpissime inducunt, et nutriunt: Nam præfatus
Ludovicus Dux Tech olim Patriarcha emulus Beato Eugenio sub nomine
Basiliensis Concilii dicta Territoria invadere nixus est: Et olim quidam
Episcopus Tridentinus Cardinalis, et Patriarcha Aquilegiensis prætensus,
ex Nobilissimo Magoniæ ducum genere ortus, predicta bona quodam
quesito colore summis viribus usurpare studuit: ad quod non parum
conferebant, quæ alias de Teucris et litteris et oratoribus undique allata
fuerunt: Parabant enim maximis conatibus multas gentium copias
preter eorum consuetudines omni armorum genere munitissimas, ac validis=
simos exercitus contra Ungariam, et omnem populum christianum; qui
si prevaluissent (quod Deus avertat) maximum nimirum periculum
Patriæ Aquilegiensis res ipsa attulisset: Et ideo non iniusta quidem

vatione dicta Cora ipsum Illmum Dominium, ut supra, absolute, et incaute restituere hactenus recusavit, ne eius subsidiis dictis Coris destitutis non solum ipsi Illmo Dominio, sed universæ Ecclesiæ Sanctæ Dei, et cuncto Populo Christiano damnum, et gravissima jactura illata fuissent.

Ex adverso autem præfactus Dnus Joannes Prothonotarius auditis, et intellectis nominibus quibus supra petebat dictam Patriam sibi debere restitui. Post multa tandem hinc inde examinata, discussa, et agitata præfactus Dnus Prothonotarius Sindicus, et Procurator suprascripti Revmi Dni Cardinalis et Patriarchæ ex una: Et Spectabiles, et Generosi Viri Dni Marcus Foschari Procurator Scti Marci, et Ludovicus Foschareno Artium, et Juris Utriusque Doctor Honorandi Cives Veneti. Mandatarii et Sindici, et Procuratores Illmi Principis, et Exellmi Dni Dni Francisci Foschari Dei Gratia Ducis Dominii, et Comunis Veneti, ut eorum Sindicatu, et mandato plene constat publico Instrumento scripto, et publicato manu Circumspecti Viri Ser David de Tedaldinis Publici Imperialis Notarii, ac præfacti Illmi Dominii Secretarii Die Nono Mensis Junii a Nobis Notariis infrascriptis viso, et lecto ex Parte altera, volentes benigne concordare, et amice utriusque Partis indemnitati considerare, ad infrascriptam Compositionem, concordium Transactionem, et infrascripta Capitula, Conventiones, et pacta unanimiter devenerunt. Nam Primo prefacti Dni Marcus Foschari, et Ludovicus Foschareno nomine quo supra fatentur, et acceptant ipsum Revmum Dnum Cardinalem, et Patriarcham in Unicum, Verum, Canonicum, et Indubitatum Patriarcham Aquilegiensem, prout hactenus habuerunt secluso omni alio Pseudo Patriarcha prætenso, promittuntque præfacti Dni Sindici et Procuratores supradicto Nomine, quod dictum Illmum Dominium habebit habebit perpetuam, et indubitabilem amicitiam, benivolentiam, et caritatem cum ipso Revmo Dno Cardinali, et Patriarcha, eumque et Statum suum in dicta Patria omni tempore, omni casu, et omni modo et contra quoscunque tuebitur, et manutenebit: et in omnibus, et per omnia secum aget, ut cum Cive, et Homine sibi carissimo: Et e contra

promittit

promittit idem Dnus Prothonotarius dictis hominibus ut supra Prefatis Dnis Sindicis, et Procuratoribus Illmi Dominii Venet. perpetuam, et inviolabilem amicitiam, benivolentiam, et caritatem cum ipso Illmo Dominio: eumque, et statum suum in dicta Patria omni tempore, omni casu, et omni modo, et contra quoscumque tueri, et manutenere. Item promittunt predicti Sindici, et Procuratores nomine supradicto, quod totalis Jurisdictio spiritualis, et Ecclesiastica, et omnis omnis Superioritas, et Administratio in Spiritualibus dicti Patriarchatus, et Patriæ Aquilegiensis sine diminutione aliqua sit sicut hactenus semper fuit ipsius Revmi Dni Cardinalis, et Patriarchæ, et ipsi veram, plenam, et totalem obedientiam in spiritualibus omnibus, et in Administratione, usu, et exercitio omnium spiritualium ex nunc exhibent, et assignant; promittentes quod per totum dictum Patriarchatum ab omnibus subditis dicti Illmi Dominii dictum Dominium faciet in spiritualibus ipsi Revmo Dno Patriarchæ, ac eius Officialibus plenarie obedire, nec directe, vel indirecte de dicta Jurisdictione, vel Administratione spirituali se impedire: quin immo ipsum Revmum Dnum Cardinalem, et Patriarcham in sua Jurisdictione spirituali tuebitur, et deffendet. Insuper ut ipsa Ecclesia Aquilegiensis, et ipse Revmus Dnus Cardinalis, et Patriarcha bonis Spiritualibus dictæ Patriæ utatur, et gaudeat, non advertente dicto Ducali Dominio ad predictas omnes maximas impensas per se factas, et faciendas, damna, et interesse, quæ prætendit ut supra, et ad Jura multa alia, quæ habet dictum Illmum Dominium in dictis bonis, de quibus supra; sed volente multa remittere, supradicti Dni Sindici, et Procuratores antedicto nomine cum eodem Dno Prothonotario nomine, quo supra, convenerunt quod Civitas Aquilegiensis, et Oppida Sti Viti, et Sti Danielis in ista Patria consistentia, cum omnibus eorum Districtibus, et pertinentiis, Territoriis, fructibus, commoditatibus, emolumentis, et quibuscumque aliis Juribus eorum, et cum omnimoda Jurisdictione, ac mero, et mixto Imperio, ac omni temporali Dominio exceptis Feudis, et eorum collatione habeantur

per

per ipsum Reumum Dnum Cardinalem, et Patriarcham, et quod in illis, et de illis nullo modo Illmum Dominium se impedire possit; sed totale Dominium, Administratio, Gubernatio, et omne Imperi=um eorum Libere remaneat dicto Reumo Dno Cardinali et Patriar=che: et ex nunc prefati Dni Sindici, et Procuratores, quo supra nomine, dictam Civitatem, et Oppida cum dictis eorum Districtibus, Territoriis, et Juribus, ut supra dictum est, Libere relaxant, et ipso=rum veram et liberam possessionem dimittunt, restituunt, et assi=gnant dicto Dno Prothonotario dictis nominibus recipienti, dictoque Reumo Dno Cardinali et Patriarche, dictoque Dno Prothonotario dictis no=minibus dant, et concedunt Liberam Potestatem, Facultatem, et Auctoritatem, realem Possessionem apprehendendi dicte Civitatis, et Oppidorum cum dictis eorum Districtibus, Territoriis, et pertinentiis, ut supra dictum est propria auctoritate sine aliqua Licentia, vel requisitione dicti Illmi Dominii cum his tamen conditionibus, et pactis: quod omnes introitus, reditus, proventus, et emolumenta percipienda per Reumum Dnum Cardinalem, et Patri=archam ex temporalitate dictorum Locorum computentur in summam Ducatorum Quinque millium infrascriptorum.

Item quod omnes qui tenentur particulariter vel cum equis servire custo=die dicte Patrie undecumque sint, etiam si in predictis tribus Locis habitarent, semper cum res exigent, vel ipsi Illmo Dominio visum fuerit opus, obediant, et serviant ipsi Illmo Dominio vel eius Officialibus.

Item quod prefatus Reumus Dnus Cardinalis, et Patriarcha vel eius Offi=tiales non permittant portari Sal, aut uti alio Sale in dictis tribus Locis quam de Sale Caniparum dicti Illmi Dominii in dicta Patria ad hoc de=putatarum, vel deputandarum.

Item quod non permittant committentes contrabanna dicti Salis, et alia=rum rerum, servos fugitivos, et alios quoscunque rebelles, et bannitos per ipsum Illmum Dominium, in dictis Locis tute, et secure permanere: et si ibi invenientur, remittantur in potestatem ipsius Illmi Dominii. Et e contra banniti, fugitivi, condemnati, ac rebelles dictorum trium Locorum Reumi

Dni

Dni Cardinalis, et Patriarchæ, vel censuris Ecclesiasticis innodati per ipsum Reumum Dnum Cardinalem, et Patriarcham, vel suos Officiales non possint se reducere, nec debeant aliquo modo acceptari in aliquibus Locis suis in dicto Patriarchatu, et Patria Aquilegiensi tentis per ipsum Illmum Dominium, sed hinc inde debeat fieri remissio realiter, et sine fraude: et quod neutra Partium in dictis Locis debeat aliquid inovare in prejuditium alterius, vel subditorum suorum.

Insuper antedicti Dni Procuratores, et Sindici nomine suprascripto promittunt dicto Dno Prothonotario dictis Nominibus recipienti, et stipulanti dare, et solvere ipsi Reumo Dno Cardinali, et Patriarchæ pro omnibus aliis Locis ipsius Illmi Dominii, et quæ ipsi Illmo Dominio remanent in Administratione temporali singulis annis Quinque millia Ducatos Venetos boni auri, et justi ponderis, computando in illis prædictos Introitus, Redditus, Proventus, et Emolumenta, quos idem Reumus Dnus Cardinalis, et Patriarcha annuatim recipit ex dictis Tribus Locis: qui quidem Quinque millia Ducati auri solvantur in tribus terminis, videlicet singulis quatuor Mensibus tertia pars de redditibus ordinariis, extraordinariis, atque mixtis dictæ Patriæ per Officiales quoscunque præfati Illmi Dominii in dicta Patria existentes absque aliqua speciali Licentia, et mandato suo: Declarando tamen quod terminus huiusmodi solutionis Initium habuerit ad Kalendas Januarii proximi præteriti.

Promittunt etiam idem Dni Sindici, et Procuratores prædicto nomine dicto Dno Prothonotario nominibus quibus supra, quod Illmum Dominium tuebitur, et deffendet personam ipsius Reumi Dni Cardinalis in dicta Patria Aquilegiensi, et tria Loca suprascripta, scilicet Civitatem Aquilegiensem, et Oppidum Sti Viti, et Sti Danielis per ipsum Reumum Dnum Patriarcham possidenda: et ipsa etiam Loca sibi Reumo Dno retenta, et possessa sumptibus, Laboribus, et expensis præfati Illmi Dominii contra quoscunque Inimicos, et hostes perfidos sismaticos.

Item convenerunt Prefati Dni Procuratores, et Sindici dicto Nomine,

quod

præfatus Dnus Prothonotarius Nominibus quibus supra, quod omnes
aliæ Civitates, et omnia alia Oppida, Castra, et Loca ipsius Patriarchatus,
et Aquilegiensis Ecclesiæ, et per ipsum olim habita, et possessa, et quæ
hodie per ipsum Dominium detinentur, et seu possidentur cum eorum
Districtibus, Territoriis, fructibus, commoditatibus, Pheudis, et generali
omnium Pheudorum Collatione, Juribus, et pertinentiis suis, et cum
omnimoda, et plenaria Administratione mero, et mixto Imperio in
temporalibus, et omnis Superioritas, et Jus omnium Pheudorum, et
generalis eorum Collatio, et omnis Administratio, et Custodia detine=
antur, et possint ex causa antedictæ Transactionis Licite detineri, et possi=
deri per ipsum Illmum Dominium Venetū, et fructus ex inde, ac etiam
sint cum omnis Juris plenitudine in dictis bonis dictæ Ecclesiæ Aquilegien=
sis competenti libere, et expedite sine aliqua contradictione, aut juris et ipso=
rum bonorum aliqua diminutione, omnibus melioribus jure, via, et forma,
quibus possunt, et libere per ipsum Dominium habeantur, teneantur, et
possideantur, ac custodiantur; ita quod ipse Reumus Dnus Cardinalis, et
Patriarcha, nec suo, nec Aquilegiensis Ecclesiæ, possit se de prædictis Locis,
juribus, et jurisdictionibus, ac Dominiis aliquo modo, via, jure, et forma
directe, vel indirecte in temporalibus impedire, vel intromittere, sed (ut supra
dictum est) sint, et esse debeant dicti Illmi Dominii, omnibus melioribus ju=
re, et forma, quibus possunt. Et ex nunc dictus Dnus Prothonotarius dictis
nominibus prædicta omnia dicto Illmo Dominio, seu Prælibatis Dnis Sindi=
cis, et Procuratoribus recipientibus nomine suprascripto relaxavit, tribuit,
et concessit, et dictis nominibus promittit, quod ipse Reumus Dnus Cardi=
nalis et Patriarcha, nec aliquis suo, et Ecclesiæ suæ Aquilegiensis nomine
directe, vel indirecte se de illis, et in illis ullo modo impedire in tempora=
libus: et quod etiam se de illis, et in illis, quæ ad temporalia, impedire
non possit.

vel aliquo quæsito colore

Quæ quidem omnia et singula suprascripta solemni stipulatione pro=
miserunt dictæ Partes prædictis modis, et nominibus, sibi ad invicem sin=
gula singulis congrue refferendo, et Nobis Notariis infrascriptis, ut pu=
blicis

Publicis Personis stipulantibus et recipientibus vice, et nomine omnium, et singulorum, quorum interest, et interesse poterit in futurum, firma rata, et grata perpetuo habere et tenere, et inviolabiliter observare et adimplere, et nunquam contrafacere, dicere, vel venire de jure, vel de facto per se vel alium, sive alios, directe, vel indirecte, tacite vel expresse quovis modo, causa, vel ingenio, nec aliquo quęsito colore sub pęna viginti Quinque millium Ducatorum auri solemni stipulatione promissa, cum reffectione omnium, et singulorum damnorum, expen=sarum, et interesse Litis et extra, in quorum pęnam incidat pars illa, quę contrafecerit, et predicta integraliter non observaverit, et ab ipsa contrafaciente exigi possit, et debeat applicari observanti, contra quam esset contrafactum: et pęna soluta, vel non predicta omnia, et singula nihilominus firma perdurent, et inviolabiliter observentur: Renunti=antes partes predictę, et quęlibet earum in predictis omnibus, et sin=gulis exceptioni non sic, vel aliter factorum Capitulorum, et conven=tionum predictarum: exceptioni doli, mali, conditioni sine causa, vel ex iniusta causa in factum, actioni, et exceptioni, quod metus causa, Privilegio Fori, et omni, et cuilibet alii Juri Legum, et Con=stitutionum auxilio eiusdem quomodolibet competenti, vel competitu=ro, et Legi dicenti generalem rationem non valere sub ipotecha, et obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum predictarum partium, et cuiuslibet earum; jurantes partes predictę ad Sancta Dei Evangelia manibus tactis scripturis in animas constituentium suorum omnia, et singula suprascripta observare, et adimplere, ac observari, et adimpleri facere bona fide, et sine fraude.

Ad hęc autem omnia, et singula suprascripta Venerabiles Viri Dni Joannes de Zacho Vicedecanus Ecclesię Aquilegiensis, et Guarnerius de Arthenea Canonicus eiusdem Ecclesię servatis prius, et celebratis aliqui=bus actibus, et solemnitatibus, sicut de jure requiritur, Iconomi, Sindici,

et

et Procuratores constituti a Capitulo predicte Ecclesie Aquile=
giensis, prout de predictis omnibus plene constat publico Instru=
mento scripto manu Venerab. Viri Dni Dominici Canonici Aquile=
legiensis publici Imperiali Notarii sub millesimo, Indictione,
et diebus in ipso Instrumento particulariter contentis a Nobis Nota=
riis infrascriptis viso, et Lecto, intervenerunt, ac vice, et nomine ipsi=
us Capituli Aquilegiensis, omni meliori modo, via, jure, et
forma, quibus potuerunt, et possunt tam de jure, quam de consue=
tudine supradicte Transactioni, Concordie, et Compositioni pro ma=
iore eius robore dum ageretur, consensum, et auctoritatem suam, ac
etiam dicti Capituli interposuerunt, ~~cum omnibus obligationibus~~ et
de novo libere, sponte, et ex certa scientia, et actualiter, et sole=
mniter interponunt cum omnibus obligationibus, penis, renun=
tiationibus, et aliis suprascriptis; iurantes in animas suas, et
constituentium predictorum omnia, et singula suprascripta obser=
vare, et adimplere bona fide, et sine fraude.

Item promittit prefatus Dnus Prothonotarius quod dictus Reverendus
Dnus Cardinalis, et Patriarcha singula predicta ratificabit, et appro=
babit infra unum mensem, a die quo premissa ad suam notitiam
pervenerint, computando per suas patentes Litteras dictum publicum
Instrumentum: alioquin presens Contractus nullius sit roboris,
vel momenti. Voluerunt etiam, ac mandaverunt, et rogaverunt
partes predicte, et quelibet earum de predictis omnibus, et singulis
per me Petrum Entio, et alios Notarios Publicos infrascriptos, et
quemlibet nostrum debere confici unum, et plura Publica
Instrumenta eiusdem substantie, et tenoris, prout fuerit opportunum.

Actum Venetiis in domibus Monasterii Scte Marie Cruciferorum
presentibus Reudo in Christo Patre Dno Martino Archiepiscopo
Corphiensi, ac Venerabilibus, et Religiosis Viris Dnis Petro Boldu
Scte Marie de Carceribus Priore domus Scti Christophori de Muriano

ordinis

Ordinis Heremitarum S^cti Augustini, et Fratre Mauro Mon. S^cti Michaelis de Muriano dicti Ordinis Camaldulensium, et Fratre Luca de Parisio dicti Ordinis Heremitarum S^cti Augustini, ac Dno Petro Baduario q^m Dni Hieronymi, et Dno Andrea de Turricellis de Forosempronio, V. J. D^re et Dno Andrea Francisco de Urbinis Testibus ad premissa vocatis specialiter, et rogatis.

Ego Dominicus Bellono q^m S. Jacobi de Venetiis pub^a Imperiali Auctoritate Notarius, et Ducalis Aulae Notarius, et Judex Ordinarius prescriptum Instrumentum Jussu infrascriptorum Circumspectorum Virorum S. David Jacobi de Thebaldinis, et S. Petri Entio Ill^mi Dominii Venet. Secretariorum, ac S. Joannis Vbertini de Castrodantis, et S. Joannis Bellini Novariensis prefacti D^ni Dni Prothonotarii Secretariorum, ac suprascripto Instrumento rogatorum de Actibus eorumdem fideliter sumpsi, transcripsi, et exemplavi, in cuius rei testimonium fidem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego David Jacobi de Thebaldinis q^m Dni Antonii Curie Venetiarum publicus Imperiali Auctoritate Notarius, et Ducalis Aulae Venetiis Secretarius ac Judex Ordinarius predictis omnibus, et singulis una cum infrascriptis, et Circumspectis Viris S. Petro Entio Imperiali Notario, et Ill^mi Ducalis Dominii Venet. Secretario, et ipse S. Petrus, et ego, et Joannes Vbertinus, et Joannes Bollinus infrascripti Notarii aliis occupati suprascripto Dominico Bellono Notario Imperiali tradidimus, et commisimus in hanc publicam formam reddigenda: et ad fidem omnium premissorum me subscripsi, meumque signum apposui consuetum.

Ego Joannes Vbertinus q^m Bartholomei de Castrodantis Publicus Apostolica, atque Imperiali Auctoritatibus Notarius, ac Judex ordinarius predictis omnibus, et singulis una cum suprascripto ~~Dno~~ S. David de Thebaldinis, et infrascriptis, videlicet S. Petro Enzio q^m S. Marini Civis Venet., et S. Joannis Bellino predictis omnibus, et singulis presens fui, et ea rogatus scripsi, et publicavi: et ad fidem omnium premissorum me subscripsi, et signum meum apposui consuetum: et quia aliis occupati eramus tradidimus, et commisimus infrascripto Dominico Bellono in hanc publicam formam reddigenda forent.

Ego Petrus

Ego Petrus filius q.m D. Marini .... Civis Venet. Pub. Imperiali Auctoritate Notarius, et Ill.mo Ducat. Dominii Venet. Secretarius, ac Judex ordinarius predictis omnibus, et singulis una cum suprascriptis, et infrascriptis Notariis presens fui, eaque rogatus scripsi, et publicavi: et aliis occupati tradidimus, et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc publicam formam redigenda, et in fidem me subscripsi, ac signum meum apposui consuetum.

Ego Joannes Bellinus q.m Gaudentii Novariensis publicus Imperiali Auctoritate Notarius, ac Reu.mi in Christo Patris D.ni Joannis de Reate Sedis Apostolice Prothonotarii Secretarius predictis omnibus, et singulis una cum suprascriptis presens fui, eaque rogatus scripsi, et publicavi, et occupati tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc publicam formam redigenda, et in fidem me subscripsi, et signum meum apposui consuetum. Laus Deo.

1790: 8 Marzo.

Portato in Canc.ria Ducal per l'Ecc.te Avv.o Giuliarati N: G: I: ad intimato, come in Stampa, ed altri sei Processi segnati del pñte giorno

Dall' archivio di Sacile

I. 1544, 4 Nov. Ducale che ordina di dar il possesso della Chiesa Arcipretale
di Prepositura al Rev. D. Giuseppe de Zucchi:

II. 1451, 21 Giugno. Urbano di Savorgnano Conte Palatino legittima
Gio. Antonio figlio naturale del nob. Nicolò q.m ser Odorico di [illegible] e di
Lucia.

III. 1287, 15 ott. Cividale. Il Patr. Raimondo concede alle Monache
della Cella di seguir la Regola di S. Chiara. (Colleg. Bianchi).

Petrus Lando Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et sapientibus viris Victori Barbadico de suo mandato Locumtenenti Patriæ ForiJulii, et successoribus suis fidelibus salutem, et dilectionis affectum. Vacante Archipresbyterali Ecclesia S.ti Io: Baptistæ de Prapoth per liberam resignationem de ea factam per D. Bideum Fancianum decretorum doctorem, qui eam prius obtinebat in manibus q. Reverendi D. Ioannis Mathei Egberti Episcopi olim Veronensis et Abbatiæ Sancti Petri de Rosatio Abbatis, Reverendus D. Hieronymus de Pulcinico Canonicus Utinensis in dicta Abbatia prædicti q. R.di Episcopi tunc Vicarius generalis, dictam Archipresbyteralem Ecclesiam contulit Domino Presbytero Iosepho de Zuchijs, ut apparet ex litteris p.ti R.di Vicarii diei XXI. Augusti 1543. Quare mandamus vobis, ut eundem D. Iosephum, sive eius legitimum procuratorem poni faciatis, et positum conservetis in tenuta, et reali possessione Ecclesiæ antedictæ, cum responsione omnium fructuum, et proventuum ad illam spectantium, et pertinentium; verum si aliquid haberetis in contrarium, supersedete, et rescribite nobis, neminem in possessionem inveniendum amovendo. Has autem ad successorum memoriam in cancellaria vestra registratas præsentanti restituite.

Data in n.ro Ducali Palatio die vij no.bris. Indict: iij.a M D XXXXiij
(iiij)

pro præsentibus Ducatum unum et
pro hospitali pietatis Duc. unum

L. appensi sigilli
plumbei

Extra / Nobilibus et sapientibus viris
Victori Barbadico Locumtenenti
Patriæ Forijulii, et successoribus suis.

PASC

Dal R. S. D. Giuseppe Zaghio di Sbrogliavacca hò ricevuto la presente carta pecora originale che contiene come nella soprad.ta copia.

+ yhs +

In Christi nomine Amen. Nos Urbanus de Savorgnano sacri Lateranensis palatii comes palatinus, qui
infrascriptum creatus, et ipsum actum faciendi plenam potestatem habentes, ex auctoritate per quam pie me
clementia Romanorum Imperatorem semper augustum, et Boemie Regem nobis concessa, ut patet publico, et autentico
pendente munito, sano, integro, et illeso, non viciato, non cancellato, nec in aliqua ejus parte suspecto, sed omni
dno Francisco de Savorgnano proavo nostro, et heredibus suis in descensu lineae masculinae, cujus quidem pri
Imperator semper augustus, et Boemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Nobili Francisco militi [?]
et fideli suo dilecto gratiam suam, et omne bonum. De tue fidei, et circumspectionis industria plenam
creamus facimus, et prout melius possumus ordinamus, Decernentes, et hoc imperiali statuentes edicto,
palatini facti sunt.......... molibet .....rit, Dantes et concedentes vobis auctoritatem, et potestatem
.... ad practicam, et executionem ejusdem officii abiles eos inveneritis, super qua
et a tabellionibus, ac Judicibus ordinariis tempore creationis, et institutionis eorum infrascripta jura-
... Serenissimo, et Invictissimo Principi ac dno dno Karolo Quarto divina favente clementia Ro-
ejus Romanorum Imperatoribus sive Regibus legitime intrantibus, neque umquam ero in consilio ubi
bilitate avertam fideliter, et instrumenta, seu contractus quoscumque non scribam in papiro, seu carta
mas voluntates necnon dicta testium fideliter conscribam, et ea occulte servabo, nullique pandam
personarum, necnon pontes, hospitalia, emendationem viarum publicarum omni tempore promo-
me Deus adjuvet, et sancta Dei Evangelia. Juramentum vero Judicis ordinarii erit in haec verba.
divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, et Boemie Regi illustri Domino meo
neque umquam ero in consilio ubi periculum eorum tractetur, bonum et salutem promovebo, damnum eorum
munera, odium, vel amorem, sicut me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia. Decernentes, et hoc impe
aut instituti modo quo permittitur, postquam juramenta predicta prestiterunt, officia sua valeant ubique
vigorem. Preterea auctoritate Imperiali predicta damus, concedimus, et elargimur tibi, et heredibus tuis
ex illicito, incoesto seu damnato coitu procreatos in vita seu morte parentum, ipsos et eorum quem
preesse valeant, et ad actus singulos, publicos, et privatos admitti adinstar aliorum qui sunt de thoro
succedant cum legitimis portiones, non obstantibus legibus Imperialibus, sive consuetudinibus quibuscumque
etiamsi de jure vel consuetudine deberet in premissis fieri mentio specialis. Nulli ergo omnino
contraire: Si quis autem contrarium attemptare presumpserit penam quinquaginta marcharum auri
Imperialis nostri Erarii sive fisci, residuam vero partem supradictorum Francisci, et heredum suorum
Romanorum Imperatoris Invictissimi, et gloriosissimi Boemie Regis. Testes huius rei sunt Venerabiles
cellarius. Ludovicus halberstaten. Johannes Argentinen. Johannes Olomucen. Fredericus Ratisponen. Lulasie [?]
Henricus Bregen. Duces. Necnon spectabiles Burghardus Burgravius Magdeburgensis Imperialis nostri
nius Magdeburgen. Dies de Recz, ac Nobiles Ninao de Hasenburg, Thymo de Colduz nostre Imper
Magister. Pesco de Janovicz Serenissime donie Romanorum Imperatricis et Boemie Regi
et quamplures alii nostri, et Imperii nostri nobiles et fideles. .... Sub Imperialis
Millesimo trecentesimo sexagesimosecundo, Indictione quartadecima. xbus. Kl Martii. Preci
Johanni Antonio nato Nobilis viri q. Nicolai q. q. Odorici de Ungrispach [illegible] de Cormono Civis
pro parte dicti q. Nicolai genitoris sui porrecta nobis supplicatio continebat, ut tibi de ipso q. Nicol
et nefario coytu procreato super hujusmodi natalium defectu largitionis beneficium ex
supplicationibus genitoris sui annuentes te Johannemantonium ex dicto damnato, et nefario
etiam id a nobis humiliter postulantem, auctoritate per memoratum olim Invictissimum

magnifici militis Dni Tristani de Savorgnano Comitis palatini inter cetera ad actum morie Serenissimum, et gloriosissimum Principem et dnum dnum Karolum quartum divina favente privilegio ipsius Dni Imperatoris in carta pergamena scripto, et ejus vera bulla cerea seu sigillo rotundo prorsus vitio, et suspitione carente, p eundem Serenissimum Imperatorem aliis concesso q magnifico militi vilegii tenor sequitur, et est talis. = Karolus Quartus divina favente clementia Romanorum Federici de Savorgnano Aquilegensis Diocesis sacri Lateranensis palatii Comiti palatino familiari, habentes fiduciam, te et heredes tuos in descensu lineae masculinae sacri Lateranensis palatii Comites quod omnibus juribus, privilegiis, gratiis, et libertatibus uti, et gaudere possitis, quibus ceteri Comites planariam tabelliones seu notarios publicos faciendi, et eisdem cum pena, et calamario, ut moris . . . . et heredum tuorum conscientias oneramus, necnon instituend.. in h. . . . . ramenta recipiendi, ut. . . . . in hec verba: Ego. N. promitto . . . . fidelis manorum Imperatori semper Augusto et Boemie Regi Illustri Dno meo gratioso, et omnibus successoribus periculum eorum tractetur, bonum et salutem eorum promovebo, damnum ipsorum pro mea possi= veteri abrasa, sed in membrana nova, et munda, testamenta, codicillos, et quascunque ulti= donec debeant aut mandato iudicis, seu aliis exigente justitia promulgari, causas miserabilium vabo, et officium meum exercebo fideliter, non attendendo munera, odium, vel amorem, sicut Ego N. juro et promitto, quod fidelis ero Serenissimo, ac Invictissimo Principi, et Dno Dno Karolo Quarto gratioso, et omnibus successoribus suis Romanorum Imperatoribus sive Regibus legitime intrantibus, pro mea possibilitate avertam fideliter, et officium indicatum exercebo fideliter, non attendendo niali stantes edicto, quod Tabelliones, sive judices ordinarii per te et dictos tuos heredes creati, fact. locorum absque impedimento quolibet exercere, et operationes ipsorum vim habeant omnimodam, et sexus ut premittitur, masculini, quod legitimare possitis bastardos, manzeres, nothos, spurios, et quoslibet libet ad legitima jura reducere, et omnem ab ejs tollere maculam geniture, ut officiis quibuscunque legitimo procreati, et quod virtute legitimationis hujusmodi in testamentis, et ab intestato ad equales Quibus si et in perpetuum presenti nostre largitioni adversari censentur per omnia derogamus, hominum liceat hanc nostre Imperialis maiestatis paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario puri totiens quotiens contrafactum fuerit se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem usibus decrevimus applicari. Signum Serenissimi Principis et Dni Dni Karoli Quarti



is Arnesti pragensis Archiepiscopus. Iohannes Luthomuslensis nostre Imperialis aule can- piscopi et Illustres Otto Marchio Brandeburgensis. Redacharus Brunsenbergs. tunc Magister. Fredericus Burgravius Nurembergensis. Iohannes Burgra- alis Ca mere Magistri. Leupoldus de Orsemburg nostre Imperialis coquine ne Con sortis nostre carissima Curia magister, ac Iohannes de Wortemberg nostre Majestatis sigillo testimonio orum Datum Nuremberg Anno Domini et habi nostrorum Anno sextodecimo, Imperii vero septimo. Dilecto nobis no tunc ratoris Civitatis Austrie Aquilegensis Dioces. salutem in Domino. Sane soluto, et quadam Lucia de .. original. soluta genito, ac ex illicito, damnato Imperiali auctoritate nobis ut supra concessa impertiri benignitate dignaremur. Nos igitur coytu ut premittitur natum et procreatum coram nobis flexis genibus existentem, et Principem et dominum dominum Karolum divina favente clementia Romanorum Impe=

vatorem semper Augustum, et Boemie Regem nobis plenè tradita, et de sue plenitudine po
tenore pleno iuré legitimamus, ac de certa scientia et gratia speciali ad omnes et singulos
et dignitates abilitamus, restituimus, et reducimus, ac si ~~[illegible]~~ esses de legitimo matrimonio
consistentes te legitimum esse, ac pro legitimo haberi, teneri, censeri, et perpétuo reputari,
annulum nostrum aureum in signum legitimationis préfate. Decernimus quoque et ab
mus quod tu de cetero tamquam legitimus, et de legitimo matrimonio ac iusto et vero thoro
cognatorum, et agnatorum, et aliunde qualitercumqué quesitis, et aquirendis tam ex
quibus omnibus, et singulis prefata imperiali auctoritate, qua fungimur teeum planarie
ac abilitatum esse decernimus, ordinamus atque mandamus, non obstantibus in prémissis
debuissent exprimi, et de eis fieri mentio specialis, quibus p et in contrarium hujusmodi
tia de plenitudine Imperialis auctoritatis nobis concesse, et qua fungimur in hac parte
liceat hanc paginam nostre auctoritatis, et gratie infringere, vel ei ausu temerario con-
tens fuérit contrafaciens ipso facto se noverint irremissibiliter incursuros, quorum
nostrorum usibus decernimus applicari. In quorum omnium testimonium et robur
scribi iussimus, et nostri sigilli appensione muniri. Datis et actum Utini Aquilegen
millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Indictione quartadecima, di
q. S. Rizzardi de Castello, S. Dimitrio q. S. Simonis de Percoto, S. Filippo q. S. Manini de Maniais
bégnaco, his quattuor ultimis civibus et habitatoribus terre Utini, testibus ad premissa adhi=

Et ego Raphael quondam S. Raphaelis de Torellis de Verona, civis
tioni prefate ac gratie speciali ac annuli impositioni, necnon dispensa
hec ut premittitur per memoratum Dominum Urbanum de Saivognanu
sic fieri vidi, et audivi, Ideo rogatus et requisitus ac de mandato ejusdem
publicavi manu propria ipsius Domini Comitis sigilli appensione
singulorum premissorum : 2

locus appen

testatis concessa, et attributa, ut privilegio hic superinserto clarissime patet, presentium
actus legitimos publicos, privatos, et civiles, iura honores, officia, beneficia, status, gradus
procreatis, omnem geniture maculam penitus abolentes, ac decernentes, mandantes, et
Homenque, et ius legitimi nati, ve et nomina nanciscii, imponendo in digito manus tue dextre
imperiali auctoritate edicto statuimus omni modo, via, iure et forma, quibus melius possi:
natus, et procreatus in quibuscumque bonis, hereditate, ac iuribus, et actionibus per ordinem
testamento quam ab intestato ad equales succedere valeas cum legitimis portiones; Super
dispensamus, ac te ad omnia et singula supra et infrascripta legitimamus, et abilitamus,
aliquibus legibus imperialibus sive constitutionibus quibuscumque, etiam si tales essent, que
legitimationi et presenti nostre largitioni, et concessioni adversari censentur, ex certa scien=
presentium tenore derogamus, et derogatum esse volumus; Nulli ergo omnino hominum
traive sub pena quinquaginta marcharum auri puri, quas contrafacientes totiens, quo=
medietatem Imperialis Erarii sive fisci, reliquam vero partem nostris et heredum
presens privilegium, et instrumentum per Raphaelem notarium infrascriptum fieri; et
us Dioc. in viridario nostro sub pergola sub anno Nativitatis Dni nostri Jhesu Christi
Lune vigesimo primo mensis Iunii. Presentibus ibidem Nobilibus viris q. Rizzardo
de Utino, q. Odorico q. q. Iuleherij de Savorgnano, et Jacobo quondam q. Nicolai de Mon-
bitis, et rogatis.

et habitator Utini Aquilegen. Dioc. publicus Imperiali auctoritate notarius, Quia legitima=
tioni, abilitationi, decreto, et derogationi, omnibusque aliis et singulis suprascriptis, dum
comitem Palatinum agerentur, et fierent unacum supra annotatis testibus presens fui, eaque
Domini comitis palatini hoc presens publicum instrumentum exinde confeci, scripsi, et
munivi, meisque signo, et nomine consuetis roboratum in fidem et testimonium omnium, et

si. sigilli.

Raymundus Dei gratia sancte sedis ecclesie Aquilegiensis Patriarcha, Dilectis in Xpo filiabus Abbatisse, et Sororibus Monasterii sancti Francisci in civitate Austrie salutem et benedictionem nostram. Gaudemus in Domino q. ad frugem melioris vite anelatis fervent desiderio vos transferre, et precipue ad ordinem sancte Clare, qui in Ecclesia Dei morum honestate, et omni sanctitate vite maximè fulget, et quem totis viribus promovere, et totis nisibus cupimus exaltare. Quare vobis auctoritate presentium consentiendo omnē licentiam quam possumus impertimur, ut ad eumdem ordinem transeatis. Quod cum feceritis volentes vos favore prosequi ampliori, vos et monasterium vestrum et possessiones vestras, presentes, et futuras ab omni jurisdictione nostra et aquilegieñ Ecclesie tam in spiritualibus, quam in temporalibus, quantum ad nos pertinet eximentes, utendi privilegiis ordini sancte Clare concessis, et inposterum concedendis ad conservandam vobis presentem libertatem concessam plenam tenore presentium concedimus potestatem. In hujus aut̄ rei testimonium, validumque robur, et ad perpetuam memoriam atque inviolabilem firmitatem presentes litteras nostri sigilli pendentis munimine fecimus roborari. Dat̄ apud civitatem austrie. XVij. kt. novembris. Anno Domini. M.CC.LXXX vij.

Stà in carta pecora nel sacch.o secondo della carte del Rev.do Monast.o di S. Chiara in Civid.e

Zegliaco

1453, 21 feb. alla piazza del sig. di Zegliaco si tratta una causa in piazza

Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, Indictione prima Die vigesima prima Mensis Februarij. Actum in Zeglaco super Platea, ubi jus redditur, in presencia Antonij filij Bertoni de Zeglacco, jacobi quondam Joannis del Tor de Glemona habitantis in Zeglaco Testium ad hoc vocatorum. Coram Nobili ser Joanne de Zeglaco habens jurisdictionem, signoriam, et garitum in Villa, et pertinencijs de Zeglaco sedente pro Tribunali ad jus reddendum. Constitutus ibidem Magister Enricus Quesse de Treppomagno, et proponendo dixit quod citare fecit ad diem hodiernam, et hora data Terminorum inter tercias, et nonam per Antonium Cornelli de Zeglaco Preconem juratum de Zeglaco, et ibidem per dictum Preconem alta voce more solito dictum ser Pantaleonem vocavit, qui Preco retulit sacramento sui officij quod ad instanciam dicti Magistri Enrici Quesse citavit hora predicta super Platea Zeglachi dictum ser Pantaleonem inter nonam et tercias hora terminorum ad audiendum quid dictus Enricus dicere, et petere vellet in pena viginti solidorum. Facta dicta vocacione dictus Enricus proposuit, et dicendo dixit

quod predictum ser Pantaleonem fecit citare ad dicendum causam vel causas per quam, vel quas idem ser Pantaleon fecit eidem Enrico sequestrare certas suas pecunias in manibus Antonij Carnelli, non comparens dictus ser Pantaleon petijt dictus Enricus dictum ser Joannem per sententiam diffiniri quid juris; fuit diffinitum per dictum Nobilem ser Joannem quod dictus ser Pantaleon sit condemnatus de soldis viginti, et citetur in majori pena ad diem Veneris proxime futuram inter tercias, et ortum solis.

Eedem die, et loco, et in presentia suprascriptorum Testium, et coram suprascripto Nobili ser Joanne sedente pro Tribunali ad jus reddendum. Constitutus Enricus quesse de Treppo magno, et proponendo dixit, quod citare fecit Joachum de Artenea habitantem in Zeglaco, et ibidem ipsum fecit vocare per Antonium Carnielli Preconem juratum Zeglachi; et ibidem ipsum fecit vocare per dictum Preconem alta voce more solito. Qui Preco retulit sacramento sui Officij quod ad instanciam dicti Enrici citavit

nob, qui peccatis exigentibus huiusmodi flagellis ...

Turche

1456 IIII kal. iulij. Romę. Bulla P.P. Calisti V pro Cruciata.

